MICHAELIS SYNGELI HIEROSOLYMITANAE QUONDAM ECCLESIAE PRESBYTERI...

Michael Syncellus, Godefroy Tilmann




MICHAELIS SYNGELI HIEROSOLYMITANAE QVONdam Ecclesiæ Presbyteri Encomium in sacrosanctum CHRISTI Martyrem, B. Dionysium Areopagitam, Atheniensium primùm, dein Parisiensium Episcopũ, Latio recèns donatũ per Godefridum Tilmannũ Cartusiæ Parisiensis ex professo monachum.



PARISIIS

Apud Iacobum Keruer sub duobus Gallis in uia Iacobea.

M. D. XLVI.



CLARISSIMO ET CVM PRIMIS ſpectabili viro, D. Natali Brularto, Chriſtianiſſimi Regis Franciæ Conſiliario & Procuratori Generali Godefridus Tilmannus Cartuſ. S.



NOſtra hæc qualiſcũque verſio Encomiaſticæ orationis pro eximio Chriſti martyre Dionyſio Areopagita, próque eiuſdem pijs iuxtà ac eruditis lucubrationibus, tuis in me luculentis officijs meritò debetur, ampliſſime Brularte. Vix, fateor, tam fuit aliud in votis, quàm vt ratio ſe offerret cumulatior referendæ gratiæ, quæ tua in me merita ſi non vinceret, at certè æquaret: quandò ſcitè admodum, nec minus elegãter admonet vnus aliquis inter claſſicos authores non poſtremæ notæ, gratiam rependi oportere creditori αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώιον. Mœrentem alioqui me ſolatur, quod is continenter ſubtexuit: αἴ κε δύνηαι. Huius itaque munuſculi literarij dicaturam tibi conſecro peculiariter, hac tamen lege, vt & eius vſum partiare communiter fratribus tuis, Matthæo Chartario, tibi quidem vterino fratri, quem ob multimodam ac præcellentem in iure dicũdo ſanctioribúſque cõſilijs peritiam, Senatus vniuerſus Aquilam vocat cauſis decidendis patrocinantium. Vt taceam quòd & inſigni iſti Iuris prudentiæ indefeſſo ſudore haud vulgarẽ adiunxit linguarum trium cognitionẽ. Do. item Nicolao Brularto Eccleſiæ S. Honorati optimè merito Cantori. Iã quandò lex ipſa Chriſtianæ charitatis neſcia eſt herciſcundæ familiæ, & actionẽ ignorat cõmunis diuidundi, per vos triumuiros in publicum tranſibit vſum, eo liberiùs, vt vtantur qui vti volent. Sunt, qui ad aream Dominicam glumas conuehant numeroſis granis oneratas: mecum præclarè agetur, ſi dabitur poſt terga manipulos metentium cum Moabitide Ruth colligere ac diuentilare mergites aliquot in Eccleſiæ qualẽcunque vſum. Cauſa iſtius noſtræ editionis non vna aut ſimplex eſt: hæc tamẽ

potiſſima. Quũ enim ãte annos hoſce plùs minùs octo, qualicunque filo noſtræ dictionis manum admouiſſem vertendæ è Græco ſolidæ Paraphraſi Georgij Pachymeræ, viri apprimè elegantis iuxtà ac eruditi, in opera Dionyſij Areopagitæ, quatenus extant, omnia: vixdum admolitus manũ fueram ordiendæ telæ eiuſmodi verſionis, & ecce crebris flagitationibus contendebant à me nec pauci, nec indocti, ſinerẽ eximi hiſce clauſtris, & per excuſionẽ liberiore frui cælo eã portionem quæ ad manum erat, ceu ſpecimen totius ſuſcepti argumenti. Ego, qui perſpectum haberem, quanti eſſet periculi id præſtare, præſertim inexpenſum, nec ſatis æquo iudicio libratũ: modis omnibus cœpi id abnuere. Ne tamẽ præfractior videri poſſem, ſiui in lucem exire qualécunque portionem, nempe in Epiſtolas decem. Hæc interim dum excuderetur typis, viſum eſt ſucciſiuam & ſemeſtrem operã quæ ſerijs ſtudijs decidebatur, cõdicere in digerendos locos aliquámultos, quos aliquantò priùs ſelegeram pro Areopagitæ operibus ab impudenti quorundam plagio ſuo authori aſſerendis. Iſtorum Dionyſiomaſtigum τὰ συκοφαντήματα viſum eſt in extremam Encomij claſſem reijcere, iuxta Hieremiæ oraculũ ex ore dei dicentis: Si ſeparaueris precioſum à vili, quaſi os meum eris. & vt vtriuſque partis collatione, iſtorum Pyrrhonum impudentia cunctis eluceſceret. Sub initiũ igitur Quadrageſimæ ſuperioris per amicos admonitus meæ pollicitationis de vertendo Syngelo, negare non potui hãc ex me repoſcentibus opellam. Reliquã Quadrageſimæ partem impertiui vertendo operi Germani Conſtantinopolitani Archiepiſcopi, cui inſcriptio eſt, μυστικὴ θεωρία. Seriùs, fateor, intellexi Romæ eſſe & verſum, & excuſum. Tu igitur pro tuo in me candore boni & æqui conſules noſtram hanc pro Areopagita opellã, ſi modò per te præmoneatur lector, necubi impingat. Quod pro μόνως loco vno verterim, ſolitariè: legat lector, vnicè. Interiectis mox aliquot lineolis idẽ Syngelus ſcribit Spiritumſanctum à ſolo Patre per filiũ procedere: qui error illi fuit cum Theologis Græciæ penè ad

vnum

vnum omnibus communis. Omnium quos viderim, pessimè sensit Theophylactus in collectanea illa Synopsi sub finem cap. iij. Ioannis. Οἱ γὰρ λατῖνοι κακῶς ταῦτα ἐκδεχόμενοι, καὶ παρανοοῦντες φασὶν ὅτι τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται. ἡμεῖς δὲ πρῶτον μὲν τοῦτο φαμὲν πρὸς αὐτούς, ὅτι ἄλλο ἐστὶ τὸ εἶναι ἔκ τινος, καὶ ἄλλο τὸ εἶναι τινός, οἷον τὸ πνεῦμα εἶναι μὲν τοῦ υἱοῦ πνεῦμα ἀναμφίβολον, καὶ &c. Hoc vno Gregorius Nazanzenus quantò circũspectius, hoc est Christianius scripsit sub finem orationis primæ de re Theologica? cuius principium habet, ὅταν ἴδω & cæt. Sed & modestissimus Ecclesiæ doctor Aur. Augustinus quum in cap. Ioã. xvj. scripsisset, Pater solus de alio non est: nam & filius de Patre natus est, & Spiritussanctus de Patre procedit. Pater autem nec natus est de alio, nec procedit. Nec ideo sanè aliqua disparilitas in summa illa trinitate cogitationi occurrat humanæ. Nam & filius ei de quo natus est, & Spiritus sanctus ei de quo procedit, æqualis est. Quid autem illic intersit inter procedere & nasci: & longum est quærẽdo disserere, & temerariũ cum disserueris, definire, & c. Post aliquot lineolas idem: Hic aliquis forsitan quærat, vtrum & à filio procedat Spiritussanctus. filius enim solius Patris est filius, & pater solius filij est pater: spiritus autem sanctus non est vnius eorum spiritus, sed amborum, & c. Sub Eugenio quarto primùm Orientis ecclesia in œcumenico consessu Florentię errorem hunc recantauit per Ioan. Palæologum imperatorẽ, & Patriarcharum procuratores: quare hic vtcunque excusandus venit, quum tantæ antiquitatis sit, vt videri possit orationem hanc habuisse in publico conuentu Hierosolymæ, die sancto martyri Dionysio celebri, ante annos abhinc nõgentos. Paucula supersunt, sed leuioris momenti, quàm vt eorũ gratia τὰ ἐσκαμμένα epistolaris angustiæ transilire debeam.

Dominus te quàm diutissimè seruet propagandæ sponsæ suæ Ecclesiæ incolumem aduersus istos Dionysiomastigas.

Ex gurgustio cellulæ nostræ Cartusiæ Parisiensis III. Nonas Septemb. M. D. XLVI.

DE EXIMIO CHRISTI MARTYre Dionysio Areopagita, déque Encomio Michaelis Syngeli è Suidæ collectaneis, Godefr. Tilm. interprete.



Dionysius cognomento Areopagita, Athenarum Episcopus, vir disertißimus, is cũ ad apicem prouectus esset totius Græcanicæ eruditionis, audita Pauli prædicatione religionem complexus est Christianam, & ab eodem cõstitutus ciuitatis Athenarũ Episcopus. Quod autem attinet ad exercitationem disciplinarũ quæ suæ genti peculiares sunt, omnibus prælatus est. Cuiusque enim propemodum sectæ ab vnoquoque horum magno in honore habitæ euaserat multiplici peritia perpolitus. Hic Paulum Athenis concionantem, Christúmque & resurrectionem magna cum libertate quũ audijsset Gentilibus annunciantem, & ipsius prædicationi commodasset fidem, ab eodem præficitur in suæ ciuitatis Episcopũ. Et quidem principatu Tiberij Cæsaris in flore ætatis quum esset, peregre abijt in Ægyptum, non mediocri studio contendens cum illius gentis sapientibus congredi familiariter. Cum Dionysio autem vnà erat sophistes ille Apollophanes, quem Polemon Laodicensis audiuit Smyrnæ, Aristidæ præceptor. In ciuitate igitur Ægypti Heliopoli erant ambo, quo tempore Christus Dominus à salutari cruce pependit, quando Solare illud deliquium præter naturæ ordinem cõtigit. Neque enim erat tum articulus lunaris Synodi. In omnium ore est Apollophanem sophistam dixisse tum hæc beato Dionysio, O bone Dionysi, vices diuinarum rerum hæ sunt. Horum omnium ipse commeminit Dionysius in ea quam ad eximium Polycarpum Smyrnæ Episcopum scripsit, epistola. Apollophanes maledictis incessebat Dionysium, quòd Christi fidem esset complexus. Dicit proinde Dionysius, Tu autem dicis sophistam illum Apollophanem in me maledicta congerere, méque vocare parricidam, quasi qui Græcorum sententijs aduersus Græcos prophanè vsus sim. At certè veriùs hæc cõueniebat nos inferre aduersus eum, nimirum quòd Græci aduersum diuina minùs sanctè vtuntur diuinis, quum per sapientiam Dei ad-

De hoc Pole. Philostrat in pri de Aristide in.

Epistola 7.

nitantur latriam deíve cultum excludere. Post item pauca, Quin ipse quoque Apollophanes diuinis vtitur aduersum diuina, illegitimè. Ex eorum enim quæ vsquam sunt, cognitione (quæ ab ipso non malè philosóphia dicitur, & ab admirabili Paulo Dei sapientia vocata est) conueniebat istos, si modò pergerent veri esse philosophi, ad rerum omnium ac scientiæ omnis authorem promoueri. Post item pauca: Oportuerat Apollophanem, sapiens qui esset, pro comperto habere, haud secus potuisse fieri vt quicquam posset vices inuertere ordinis motúsve sibi cœlitus præstituti, nisi priùs habuisset ad hoc se promouentem suum authorem, séque continentem, qui nimirum teste scriptura omnia & facit & permutat. Rursus paulò pòst: Dic porrò ei, Quid de ea Solis eclipsi censes, quæ facta est Domino à salutari cruce pendente? Eramus enim tum temporis ambo apud Heliopolin, simúlque consistebamus lunam contuentes stupendo ac mirabili modo Soli incidentem. Neq; enim tēpus erat eiusmodi vtriusque coniunctionis. Rursus ipsam contemplabamur ab hora nona ad vsque vesperam ad diametrum Solarem præter ordinem naturæ quam primùm restitutam. Proinde memoriam illi renoua rei cuiuspiam alterius. Nouit planè eam Lunæ incidentiam spectantibus nobis ab oriente cœpisse, & ad vltimam vsque Solis pertigisse lineam, dein resiluisse. Denuo non eadem ex parte & incidentiam simul & repurgationem contigit fieri, sed ex opposita Solis diametro. Tum temporis tanta hæc, & quæ exuperant naturæ ordinem, contigerūt, solíq; Christo omnium authori possibilia, qui & magna facit, & suspicienda, quorum nō est numerus. Hæc tu illi vide vt dicas: si modò liceuerit. Hæc tu ô Apollophanes coarguito, si quidem ipse potes. Tunc tu ad me, qui vnà tecum aderam, id prodigium vnà sum tecum contemplatus, simul diiudicaui omnia, sed & suspexi atque digna duxi admiratione, tu inquā ad me deniq; cōuersus, & nescio quo afflatus spiritu ab hoc vaticinio occœpit tuus sermo, perinde ac si quæ fierent, coniectares, dicens: O præclare Dionysi, Hæ vices sunt diuinarum rerum. Hæc sanè, quatenus sinit epistolæ cōpendium, magnus ille dixit Dionysius deifero scribens Polycarpo. Phrasis porrò præeminens & insuperabilis librorum quos scripsit, specimen est numeris omnibus absolutum, & index nihil obscurus sapientiæ ipsius

Pro σταυρωτῆς lege σταυρῷ cruce.

Heliopolis hæc sub finem c. 41. Geneseως dicitur ON.

διαφόρου πολυκάρπου.

ipsius pariter & eloquentiæ. Iam quod attinet ad eruditionem, siue eam expendas quæ ab externis philosophis nomenclaturam sortitur, siue eam spectes quæ diuina est, & nostræ fidei consentanea, plurimum sibi scientiæ asciuit ex utroque genere eruditionis. Siquis enim decus, elegantémque uerborum ipsius proprietatem paulò penitiùs contempletur, ac sententiarum altißimam profunditatem attendat, neutiquã ea cẽseat fœtus esse ingenij conditionisue humanæ: magis autem incorruptæ cuiusdam ac diuinæ duxerit esse potentiæ. Huic itaque heroi scripta sunt hæc ad Timotheum Ephesinæ ciuitatis Episcopum, qui & ipse discipulus fuerat Pauli. De diuinis nominibus libelli siue capita extãt duodecim, De unita & discreta Theologia, De eo quòd efficax quædam uis sit orationis, simulq; de beato Hierotheo, & de reuerentia seu pietate, & Theologica conscriptione. De bono lumine, pulchro siue honesto amore, ecstasi, zelo, & quia malum non est ens, neq; ex ijs est quæ sunt, neq; reponendum inter entia. De ente: quò loci differitur & de paradeigmatis, id est exemplaribus. De uita. De sapientia, sensu, ratione, ueritate, fide. De uirtute siue potentia, iustitia, salute, redemptione. De magno & paruo, eodem & altero, simili & dißimili, statu & motu, æqualitate. De omnipotente, antiquo dierum: quò item loci tractatur de seculo ac tempore. De pace, & quid sibi uelit illud, Ipsum siue idem esse. De sancto sanctorum, Rege regum, Domino dominorum, Deo deorum. De perfecto & uno. Alter extat liber ad eundem Timotheum De Ecclesiastica Hierarchia. capitula continet quindecim. Est item alius ad eundem Timotheum de Cælesti Hierarchia. & quidem is, capitula continet quindecim. Alius quoq; ad eundem Timotheum de mystica Theologia. is capita complectitur quinque. Feruntur insuper & eiusdem esse epistolæ ad Gaium Therapeuten siue Monachum, quatuor. Ad Dorotheum liturgum, una. Ad Sopatrum sacerdotem, una. Ad Polycarpum Smyrnæ pontificẽ, una. Ad Demophilum therapeuten, id est monachum, una. Ad Ioannem cognomento Theologum, Apostolum & Euangelistam, una. Sciendũ proinde quosdam sapientiæ externæ, hoc est à fide abhorrẽtis professores, beati huius Dionysij theoremata sæpenumero in suum corrogasse usum, ipsa etiam dictione sicca, hoc est uerbis nihil immutatis,

Partitio operis περὶ θείων ὀνομάτων.

Ecclesiastica Hierarchia.

Cælestis Hierarchia.

Mystica theologia

Λειτουργὸν ipse Dio. et Pachy. diaconum uocant.

Extat & nona ad Titũ, ὁ μέγας ἱερὸς. etc.

omnium maximè Proclum: quò fit ut uel hinc suspicionis ansam liceat arripere, quoniam prisci illi Athenienſium philoſophi, mox ubi bonam partem commẽtationum iſtius beati interuertiſſent & ſuppilaſſent, quarum idem commeminit ſcribens Timotheo, reliquam operum portionem occuluerunt, quò diuinarum huius uiri lucubrationum uideri poſſent inuentionis filo, primi fuiſſe parentes. Hic igitur eloquiorum dei interpres Dionyſius decurſis temporum curriculis, et cooperante Spirituſancto, plenus dierum, per agonem martyrij pro Chriſto deſudatum, diem ſuum obijt imperãte Traiano Cæſare: quo quidem tempore & Ignatius cognomento Theophorus ſuum et ipſe agonem decertauit indipiſcendæ gratia immortalitatis. In hunc magnum Dionyſium Michael Syngelus Hieroſolymorum Presbyter ſcripſit encomium, quo quidem in opere hæc ait:

Platonici maximè.

Dionyſ. et Ignatius martyres ſub Traiano.

Hoc encomium pri- [illegible]

Quæcunque porrò per traditionem uiuæ uocis oraculo proditam, aut certè ſcripto editam accepimus, en ipſi adſumus uobis audiendi cupientiſſimis exhibituri. Talis igitur ad nos peruenit ſermo ab ipſis uitæ meæ rudimentis mihi puero à patre traditus, quia magnus hic Dionyſius ſalutiferæ paſſionis tempore, quando uehemẽtiſſimo motu concuſſa eſt terra, ſuumque Sol lucidiſſimum ſplendorem media die ſubduxit & occuluit, neutiquam ferens uniuerſi opificem contueri carnẽ ſuffixum crucis patibulo, mortémque guſtare cum qui ſecundum diuinam ſubſtantiam nulli eſſet aut paſſioni aut calamitati obnoxius. Eam ob rem nulli dum auditam, ac prorſus admirabilem, uehementi ſtupore perculſus Dionyſius, humanámque ſupergrediens cognitionem, in hanc uocem prorupit: Ignotus & carne ueſtitus Deus patitur, cuius gratia dẽſa hac caligine uniuerſa mundi moles obſcurata eſt atque concuſſa. Sed & ipſo in tempore quo ſtupẽdum hoc prodigium toto terrarum orbe contigit fieri, id adnotauit, obſeruabátque tacitus, expectans ſicunde aliquid de eiuſmodi prodigio ſignificaretur.

Hæc fuſius habes in encomio

τὸ πᾶν. τὸ παγκόσμιον.

Et quidem iſtius ſupra modum horrendæ Solis eclipſeus cõmeminit Dionyſius in ea quam ad Polycarpum ſcripſit, epiſtola. Apollophanes porrò uir philoſophus, cultura quum eſſet gentilis, ſuccenſebat Dionyſio, & ter fœlicem inceſſebat maledictis, ut qui fuerat illi aliqua ex parte ſodalis chariſſimus, ſed & congener atque affinis: nunc autem

autem gentis suæ cultum execraretur, & diris deuoueret: contrà, Christianorum anteponeret fidem, & studio propensiore prosequeretur, adeò ut eã acerrima complecteretur contentione, uerbisq; usus Græcorum adniteretur maledicta concire & indignationem aduersum Græcos. Quin ipse potius Polycarpum commonefacit, quo præsente sanctum scommatis salibúsque aspergebat ille suus quondam commilito. Hæc porrò dicit: Tu autem asseueras sophisten illum Apollophanem maledicta in me congerere, insuper uocare parricîdam. & quæ ordine sequuntur.

ὁ συστρατιώτης, Syngelus ὁ συγγενὴς.

205

FRATRIS C. MORELLI CARTVSIANI
Parisiensis ascetæ ad pium & candidum
lectorem carmen.

Nectar & ambrosiam spirat sacer iste libellus,
Vnde tibi (lector) roscida mella fluent.
Hunc primus Latio donat fidissimus hermes
Godfredus nostræ religionis apex.
Ille patrum ueterum curat monimenta sub oras
Spargere Romanas, quæ latuere priùs.
Syngelus ignotus nostris qui plus minus annos
Nongentos fuerat, prosilit e tenebris.
Is Dionysiacæ diuina oracula mentis
Laudibus attollit, quæ spuit ille Luther.
Nunc igitur grates Godfredo fundere lector
Tilmanno poteris, qui tibi plura coquit.

207

σχολάσατε καὶ γνῶτε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ θεός.



MICHAELIS SYNGELI,

Hierosolymitanæ quondam Ecclesiæ presbyteri, Encomium in S. Christi Martyrem Dionysium Areopagitam, Atheniensium primùm, dein Parisiensium sacratissimum Antistité, Godefrido Tilmanno, Cartusiæ Parisiensis monacho, interprete.



Aeleſtē planè ac diuinā prorſus oportebat adeſſe linguam, illarum nempe uni aßimilem, quæ ignis inſtar cælo demiſſæ ſunt: cuiuſmodi in eos ſunt diſtributæ, qui ipſi ſpectatores fuerunt & adminiſtri VERBI. *Angelicam inſuper uocē*

haudquaquam conueniat deesse ei, quisquis tãdem uolet Encomiasticis *laudibus deprædicare eximium illum* Dei *interpretem* Dio- *nysium.* Illum *dico maiestatis diuinæ preßius cuncta spectantis, suáque omnifariàm absoluta bonitate quæ sunt, uniuersa percurrentis & circumplectentis, in supersubstãtiali, augustißima ac longè optima trinitate adoratæ & religiosißimè obseruatæ diuinitatis hymnographum præconẽ, diuinarum quoq; agnominationum, nec mortalium ulli effabiliũ arcanorũ* Dei, *inter æui superioris* Theo- *logos consultißimum interpretem.* Illum *inquam* Hierarchiæ *cælestis enarratorẽ, cælestium exercituum, abstractarum uidelicet mentium, laudatorem celeberrimum, et eximium descriptorem.* Ecclesiasticarum *distinctionum,* Hierarchici *principatus, sacerdotalis consecrationis, ceremoniarum institutionis, ac totius numinis afflatu infusæ* Chri- *stianis*

[Margin notes: θεοφάντορα. — ὑμνήτορα. — θεολογιώτατον ὑφηγήτορα. — *Dio. Ar. Cæl. & Ecclesia. Hier. scripsit.*]

ſtianis ſapientiæ & eximiæ pulchritudinis initiatorem antiſtitémque, myſticæ diſciplinæ & ſacramentorum cæleſtium doctorem. Hunc, cui ob ſynceritatem uitæ, ac omnigenæ uirtutis abſolutam perfectionem, ab illo uſquequaque admirabili Paulo cognitio myſteriorum (quæ ad cælum uſque tertium raptus coràm et uiderat, et auribus hauſerat) peculiariter concredita eſt. Illum intelligo, qui cœtui apoſtolico ætate compar, cum iiſdē & congredi familiariter, & ad ſacros fidei agones concertare promeruit. Qui inter cōſecratos Eccleſiæ præſules, longè ſacratiſſimus: inter Martyres, ſplendidiſſimus: inter Theologos, diuinæ ſapientiæ gloria eminentiſſimus: inter Doctores, luce doctrinæ illuſtriſſimus emicuit. Quarè ô uos diuinū planè ſacerdotium, gens ſancta, ac Dei electione uenerabilis cōcio, haud mediocris timor animum perſtringit meum, ne quam reportem

Illū nēpe Areopa. nō Corinthien. aut Alexan.

Aggreſſio. 1. Petri 2. b.

nimiæ temeritatis notam, qui auſim tam illuſtre ſydus aggredi, ac tantum luminare celebrare encomijs. Neque enim, *ſi eorum etiã* Rhetorum, *quotquot iam olim in uiuis fuerunt, facunda ora in unum coaleſcent: potuerint unquam pro dignitate ad apicem pertingere laudum celeberrimi huius & diuiniloqui* Doctoris, *nedũ mei uis ingenioli circa eiuſmodi orationes inefficax & perquam tenuis id præſtare queat.* Atqui *uel hoc tãtillum pro uirili connitar offerre* Deo *primùm, dein ipſi ſancto, demum uobis, exhortationi cedens ueſtræ erga me tum charitatis, tum fidei.* Etiam *ſi minus quàm competeret, exequar laudes iſtius, qui ob præcipua quæq;, potiores item prærogatiuas & præclarè geſta iure prædicatur beatus: nimiſ-*
γνώμη. *quam tamen uel uictus gaudebo.* Non *enim quicquam decedit laudato per hoc, ꝙ inlaudatore,* Encomiaſticæ *phraſeos poſitura &*

concin-

cõcinnitas deprehẽditur longè esse infra eius uirtutes, qui suscipitur laudãdus. Vnde igitur munus hoc benedicendi aggrediar primúm? Moréne utar Rhetoribus istis solenni in describẽdis Encomijs? Nũ ab ijs cõueniet auspiciũ desumere, quæ quidem ut ex humo prodeũt, ita & in humũ resoluũtur? quæ & alicũde aliò suam nouant conditionẽ ac permutant, denique & corrumpuntur? A genere dico, à patriæ gentis splendore, à luculentis opibus, a mundi istius gloria, atque adeò ab ambitu propriæ existimationis. Húnc ne cõponens cum uno quopiam, qui sit cæteris omnibus eminentior, aut parabili nominis fama hominúmue iactantia uersatili præstantior? an potiùs exordiar ab incorrupta, beata prorsus & æternùm constatura gloriandi ratione, quam hic eiurato priùs idololatriæ cultu reportauit per eam quæ nos ad Christum reuerà deum nostrum prouehit,

Argumẽtorum rhetoricorum semina reijcit.

A gloria ambitu.

multò optimam probitatem, per obseruatam presśius Euangelicæ uitæ formulam, deniq; per athleticum illum agonem Christi gratia exantlatum? Quid enim ad ueram nominis celebritatem parandam commodarit superba & insolens generis recensio à proauis usq; repetita, qui terram forsan aratro prosciderint, qui circa limum uersarint manus, maximè qui fuerint culturæ Dæmonum addicti? Quid inquam cum istis commune esse posśit ei, qui dignus habitus est ut in filium cooptaretur summi omnium Regis, Dei? ut cælestibus angelorum turmis allegeretur? qui unà cum dignis Deo præconibus Petro & Paulo, splendore enituit pontificiæ & apostolicæ dignitatis? qui beatisśima illa ætate prognatus, insuper et martyrij diademate coronatus, perinde ac isti, triumphat? Illinc uel tantillum accrescet splendoris, quòd patriam sortitus sit latisśimè patentem, ouibus nutri-

A generis splendore.

A celebritate gẽtis seu patriæ.

nutricandis opportunam, campis, montibus, ſaltibus ſimul & conuallibus undiquaque cinctam? Viridantibus pratis, nemoribus, aquarum exundanti ſcaturigine irriguis, omnigenis item arboribus ac plantis addenſatam? Fluuijs, fontium ſcatebris, undis ſtagnãtibus circumfluam? Effuſa amplitudine, nec minus ædificiorum ſpectabili pulchritudine exornatam? An quòd ſe adeuntibus miraculo ſit, ob eos qui tumbas affabrè exædificant? In eóne requirenda aut ſpectanda ueniunt hæc, qui municeps factus iam ſit ciuitatis illius ſupernæ Hieruſalem, muri cuius picturati ſunt & deſcripti penicillo Dominicæ manus? ubi lætantium omnium habitatio, ſonus genialiter ac feſtiuè epulãtiũ, uóxque exultationis? Verùm etiam ſi hæc procemij uice nobis dicta ſunt, qui ipſum eſſe cenſemus unum aliquem inter tranſmundanos municipes illos longè beatiſſimum, multóque

antegredi terrestris istius domicilij incolas: quum alioqui non obscuris parctibus is prognatus sit. Patriam sortitus quidem est neq; ignobilem, neq; ciuis fuit contemnendæ urbis aut abiectæ. Quæ enim usquam in uniuerso terrarum orbe pars est, que splendidum & famigerabile nomen Græciæ non exaudijt? Aut quis nesciat Athenas, unicum Græciæ decus, urbem quaquauersum celebratam, omniúmque ore consono decantatam? Philosophorum peculiare domicilium, & eorum qui ob insignem eloquentiam nomen sibi peperêre, gymnasterium, ac totius eruditionis diuersorium? Hac in urbe editus in lucem est hic Dionysius, cui pòst & præfuit illustrißimus præses. Etenim iuri dicundo præsedit lõgè omniũ primas tenens atq; eximius inter senatus Areopagitici iudices, de quorum genere spectabili & amplitudine gloriæ ab Androtione & Philochoro historicis in

ἡ τῆς ἑλλάδος περιφανής.

Athenarum ἐγκώμιον.

Dionysius præsedit Areopagitico senatui.

Vtriusque meminit Suidas.

in opere de Atticis rebus fusissimè est memoriæ proditum. Ex utriusque monumentis promptum cuiuis sit cõiecturam capere progenitores istius beati locum tenuisse inter quosque clarissimos facilè principem, honore præluxisse cæteris, & passim apud omnes inclaruisse. Non enim apud Athenie͂ses quiuis quanlibet strenuus & generoso præditus animo sinebatur ad tãtum prouehi principatum: ni priùs is præter sapientiam, mentis moderatam constitutionem, temperantiam, fortitudinem atque iustitiam, generis quoq; spectabili & cum primis illustri prærogatiua enituisset. Ob id enim amãtissimus ueritatis Lucas, idémq; sapientissimus, in sacra illa ac modis omnibus sapienter conscripta editione Apostolicorum Actuum, de his quum dissereret, qui Athenis in Christum crediderãt per Beati Pauli diuinitus inspirati doctrinam ac prædicationem in Areo-

Androtion in 2. & Philochorus in 3.

Dionysii genus illustre.

pagitico ſenatu habitam, uideri poſsit iuxta eminentem excellentiam dixiſſe: In quibus erat et Dionyſius *ille* Areopagita. His *enim nihil obſcurè indicat ſpiritualis iſtius ſplendoris lucem fuiſſe præcellentem, ſiue inſignem ſpectes claritudinem generis, ſiue uirtutis & ſcientiæ, ſapientiæ ſimul & eloquẽtiæ ac diſertitudinis opulentam expendas & exuberantem copiam.* Non *enim dixit:* In *quibus erat uir nomine* Dionyſius, *perinde atque hæc dixiſſet de uno quopiam uulgari & obſcuro: ſed ita,* In *quibus erat &* Dionyſius *ille* Areopagita. *per hoc ſubindicans uirum fuiſſe celeberrimum, & cuius nomen omnium ore conſono prædicaretur.* Nemo *proinde exiſtimet ſacrã hanc breuiloquentiam non magnopere conducere ad ſcopum noſtræ iſtius rationis.* Etenim *ſermo hic ut ſit aſtrictior, at certè prædiues ſententiarum prouẽtus hinc corriuatur, ad eius quem*

ὁ ἀρεοπαγίτης.
Act. 17. g

quem suspicimus ac miramur, laudem proficiẽs. Ad eũ enim modũ ille Deiuidus spectator Moses *ĩ opere de* Generatione *mũdi, quũ dicto quodam sanequàm conciso commeminisset eius* Melchisedecis *qui nostrũ hoc spirituale sacerdotium typo admirabili adumbrauit, ac ueluti prælineauit: qui illi fuerint parentes, aut è qua prodierit gente, non indicauit quidem, tantum est, illius memoriam tãquam in columna indeletili incisam ad posteras generationes trãsmisit, laudibus æternùm duraturis celebrandam.* Adesdum, *obsecro te, ipse tu ô mundi totius publicæ salutis & gaudij* Euangelista, *ineffabilis quoque* Dei Verbi *incarnationis magnifice præco, diuinorúmque ipsius* Christi *signorũ & admirabilium eius operum* Rhetor *ueracissime,* Euangelistarum *insuper effusissime, ô* Luca *modis omnibus beatissime.* Agedum *edissere nobis, quis hic aut qualis fuerit* Dio

Genes. 14. d. Hebr. 7. a.
βεβαίωσις à simili.

Diony. itaque nõ Corinth. non Alexãd. sed Ath. & Areo.

Brachylogiam Lucæ diffundit paraphrasi.

nysius. Diffunde & pluribus explana sanctam hanc nobis tuam elocutionem perbreuẽ sanè & concisam, qua in medium produxisti sacrum hunc mysteriorum interpretem. Hic *est, diceret* Lucas, *qui inter* Græciæ *totius proceres ac patricios religione fuit eminentissimus, qui* Areopagitico *senatui præsedit excellentissimus.* Nec *is interim usque adeò inclaruit ꝑ eã dignitatẽ, quãtũ ornamenti ac splendoris susceptæ attulit dignitati.* Hic *ille est, ꝗ nõ modò specie omni ꝑfectissimus enituit* Logicæ, *hoc est ratiocinatricis scientiæ: sed et inter* Stoicos, Epicureos, *aliosq; id genus* Philosophos *effulsit cõsultissimus et ipse* Philosophus. Hic *inter* Atticè & *ad formulam* Grammaticæ *artis differentes maximè atticus, & graphico scribendi charactêre præcelluit disertissimus.* Hic Rhetorum & *ipse* Rhetor *fuit eloquentissimus.* Eorum *insuper qui circa* Astrononiæ *apotelesmata uersa-*

uersabantur, istiusmodi theorematum specu-lationi unus hic fuit maximè affixus. Hic *demum in reliquo disciplinarum orbe (quas hinc* Encyclias *dicunt) emicuit exactissimè perpolitus. Quin & numeris omnibus uirtutum extitit integerrimus.* Hic *ille est, qui librili iustitiæ trutina neutrobi euariante usus est: & eorum qui sanciendo iuri præerant* Athenis, *omnium uixit rectissimus.* Et *hæc quidē opere ipso præstitit culturæ etiādum affixus* Gentilitiæ *superstitionis, spurcique* Iouis *execrabili cultu contaminatus, ac* Palladis Athenæ *ueneratione planè idolica subsultans & prægestiens.* His *àdde, quòd & tum malesano amore* Theologiam *illam complectebatur commentitijs fabulis assimilem* Orphei, *quem ad se isti confingunt quæ usquam sunt omnia pellexisse crebra pulsatione musici concētus.* Theogoniam *insuper illam* Hesiodi *anilibus fabellis bellissi-*

τετρακτὺς omnem numerum, nedum quaternionem signabat Pythagoræ. Suidas.

Orphei Theologia sugillatur.

Hesiodi Theogonia planè anilis.

mè scatentē multa cum animi uoluptate consectabatur. Vt uerò primùm salutaris Christi gratia hominibus cunctis suo affulgens aduentu, Gentilis ignorantiæ ac temulentæ ebrietatis tetram illam dispescuit & profligauit caliginem, omnémque à terra idololatriæ errorem sustulit, et toto quaquauersum orbe quasi Aquilæ quædam paßis alis circumuolitantes ac discurrētes discipuli Christi Dei & Saluatoris nostri, splendiflua luce diuinæ cognitionis mundum illustrarūt uniuersum: Paulus quoque Theologorum longè præstantißimus, ac Gentium multò eximius Apostolus, tuba illa toto latißimè cælo personans, electionis uas, succeßit Athenis salutarem mundo ac uiuificam ebuccinans prædicationem, Deique ac Domini nomen secum circūferens, eam proinde contemplatus ciuitatē, quæ ut cæteras Græciæ totius facilè anteibat, ita & idololatriæ erat addicta maximè.

μεταφορά.

Paulus Gentium apostolus, ac tuba cælestis.

maximè. Hic Dei *zelo incalescens, & flagranti exæstuans desyderio, ingressus ciuitatem, quosque paßim obuios coarguere cœpit & conuincere impietatis in* Deū, Iudæos *&* Gentiles, *sapientes & idiotas.* Dein *iisdē annuntiauit* Euangelico *præconio* Iesum, *qui nos pretio redemit sui sanguinis ab immani tyrannide fraudulenti inescatoris, homicidæ &* Draconis *:nos denique exemit morti, & à corruptione submouit.* His item Euāgelium *prædicauit futuræ* Resurrectionis *mortuorum.* Hac *sanè noua prorsus, admirabili & arcana priùs sapiētia, quæ ue mundialem istam longè exuperat, &* Epicuri *assectatores, et eos qui à uersicolore & uariegata porticu dicti sunt, philosophos sic cōuertit in stuporem, & adeò illorū animos pculit, ut hos omnes philosophiæ suæ diuina persuasione* Paulus *in* Areopagi *curiam abductus euicerit.* Nihil *cunctatus* Dionysius

De his lege Laertiū Dioge.

ἀπὸ τῆς στόας intelligit Stoicos.

Hic pulchrè ludit in antithetis.

à lacustri cœno uesanientis idololatriæ desciuit, & Paulo cohæsit spiranti odoris planè diuini fragrantiã. Auulsum à pudendi erroris doctoribus se obstrinxit eximio ueritatis præconi. Emersit è uastissima perditionis abysso: & ad apicem euolauit salutis. Ab impietatis condensa caligine secessit: & ad diuinæ cognitionis clarissimam accessit lucem. A uerissima uanitate se seiunxit: & felicissimæ se coniunxit beatitudini. Belial mortis primcipem eiurauit: & Christi militiæ promeruit allegi, authoris uitæ, & benigni largitoris. Execratus est Dæmonum immunditiam: & angelicæ puritatis complexus est sanctimoniam. Feculentam istius mundi à se excussit materiem: & immaterialis uitæ sibi asciuit conuersationem. Speculum enim factus est capax radij fulgurantis, è primigenia prosilientis luce, & ex primitiua causa totius maiestatis diuinæ prodeuntis,

ἀποστροφὴ καὶ προσστροφή. ἀναχώρησις καὶ ἀποχώρησις.

Dionysius speculum.

deuntis, per Paulum splendifluo lumine concertantem cum cherubico throno, ut qui Christum haberet se inhabitantem, qui & sedet super cherubin. Sanè hoc speculum infuso sibi splendore omni ex parte illustratum est. Nam totus ipse Dionysius tota anima, mēte & corde suo agglutinatus est Doctori. Papæ, quàm commoda aptitudo ad excipiendam Apostolicam ac diuinæ lucis infusiuā admonitionem se in hoc heroë exerebat. Papæ, quàm erat illa anima dicto præceptoris audiens, ac proinde lympidissima & splēdescēs undiquaque. Quare nullo prorsus negotio in se recepit expressam similitudinem sigillorum illius primarij exemplaris, doctrinæ nimirum Euangelicæ. Papæ, ut huius cor facilè quidem, sed & irreuersim recisa εὐπετῶς καὶ ἀνεπιστρόφως. *omni prorsus affectione carnali, & excussa semel à se omnimoda materiæ concretioris ostentatione, dicto ocyùs fidem commodauit*

prædicationi ad ſalutem prouehenti, ac theologo ad cælicas manſiones uiam præeunti Paulo: *illi inquam* Paulo *ad cælos præpete curſu contendenti,* Charitatis *glutinio cohæſit.* Papæ, *quàm fœcunda erat, quámque uber & opima ſpiritualis arui iſtius uligo, quòd ſimul atque in ſinus ſuos uitale excepit ſemen, nulla mora, numeroſam admodũ & cum primis generoſam edidit ſpicam.* Non *illum inhibuit amplitudo principalis ac iudiciariæ maieſtatis.* Non *ipſum reuocare potuit ullius amicitiæ aut familiaris cõgreſſus uel certè cum uno aliquo diutinæ conſuetudinis deſyderium.* Non *eum reddidit cunctatiorem, parentum, affinium aut domeſticorũ uiolentus & impotẽs amor.* Non *ſibi eum deuinxit multiplicium facultatum opúmue maleſana cupido.* Non *remiſit illius animi rigorem, neque emolliuit illex & blanda uoluptas corporum.* Non *genialis*

πολύχουν καὶ εὐγονώτατον ἄσταχυν.

uitæ

uitæ & deliciarum appetentia effœminauit: immo ut audiuit primùm Deiloqui *præconis uocem: ad nihil iam eorum attentus, quæcunque consuerunt oblectare mortales, e uestigio sicut* Magneti *ferrum, ita & hic studuit pressiùs* Paulo *adhærescere.* Abraham *sanè eximium* Patriarcham *suspicimus ac demiramur, quòd cum illi iussisset* Deus, *ut è familia ac patria gente secedens, porrò concederet habitatum, & in externam nec illi eatenus notam regionẽ contenderet, paruit. Iustissimè quidem miramur. Quin & diuini esse operis ducimus, quòd relictis boum iugis, nũtióque domui patris remisso, citra ullam cunctationem* Elisæus *sit sequutus* Zeloten Eliæ *spiritum, à quo & iste sublatus in cælum est.* Idq; *iure optimo.* Philippũ *rursus, quòd ab* Iesu *salutis authore accitus, ocyus & incunctanter accurrerit, sitq; alacriter sequutus se uocantem, laudibus miris*

Confirmat simili. βεβαίωσις ab exemplo.

Abrahã Gen. 12. a.

Elisæus.

Philippus apostolus.

Dionysius quare laudādus.

attollimus: & hoc decētissimè. Quantis nam quibús ue laudum faustis acclamationibus par est hunc à nobis honorari, quibus adornari præconijs, qui nullis dum legis Mosaicæ rudimentis instructus, nullis eatenus eruditus prophetarum oraculis, non priùs sacrarum historiarum narrationibus, quæ de operibus Dei stupendis conscriptæ sunt, exercitatus, nulla præuiderat prodigiosa signa: & tanta cum animi alacritate simplicem excepit sermonem Pauli, uiri utique nulla ornati publica functione, immo pauperis & peregrini? Sermonem dico nulla ornatum Rhetoricæ amplificationis uenustate, nullis instructum sophisticis propositionibus: sed ueluti qualemcunque sationem in terram primùm deiectam excepit, móxque iniecta nullo negotio subijt penetralia mentis. Fœlici sanè iactu uiuidos edidit fructus fidei incontaminatæ, ac si propemodum Esaiæ concineret

præui-

præuidẽtiſſimo prophetæ, & clamanti: Propter timorem tuum Domine in utero concepimus, parturiuimus & peperimus ſpiritum timoris tui, quem feciſti ſuper terrã. Et hæc quidem Lucas nobis præco eximius præſenti numine afflatus ſpiritusſancti, et ſanctã hãc ſacrati martyris memoriã cõcelebrãs, & totius cœtus celebrantiũ atq; ipſam laudãtium præſultor & dux, ac laudũ præſes, ad finẽ uſq; proſequutus eſt & recenſuit. Quæcunq; uerò per traditionem uiua uoce aut certè ſcripto prodita per manus ipſi accepimus: hæc ordiendæ encomiorum texturæ, quaſi flores quoſdam operum ſolerti artificio contextorum inſerentes, & quibuſdam ueluti tragematis ſpirituale hoc epulum edulcantes uenimus propoſituri uobis audiendi cupidis, & conuiuis ſpiritualibus. Talis igitur ad nos peruẽnit ſermo ab ipſis uitæ meæ rudimentis à patre mihi puero traditus: quia

Eſa. 26. c.

δι᾽ ἀγράφου παραδόσεως ἢ ἐγγράφου.

Traditiõ agrapha pariter & engrapha.

magnus hic Dionysius tempore salutiferæ passionis, quando uehementissimo motu concussa est terra, suũque Sol lucidissimũ splendorem media die subduxit & occuluit, neutiquam ferens uniuersitatis opificem carne suffixum ligno crucis infernè contueri, mortémque gustare eum, qui secundum diuinam essentiã nulli esset uel passioni uel calamitati obnoxius. Dionysius igitur per hoc inauditũ & insolens prodigium stupore perculsus uehementi, & humanã supergressus cognitionem, tacitus secum ubi quod contigerat reputasset, in hanc prorupit uocem: Ignotus *carne patitur* Deus, *cuius gratia rerum uniuersitas densa hac caligine obscurata est atque concussa. Móxque tẽpus quo stupendũ hoc prodigium fieri contigit toto orbe, quum annotasset, obseruabat tacitus quid tandem per hoc portentum significaretur, expectans nosse. Istius maximopere horrendi Solaris deliquij*

Dionysii oraculum.

τὸ παγκόσμιον.

deliquij ipse etiamnum meminit in ea quam ad Polycarpũ scripsit, epistola. Sanè cõtueri præstiterit ac perspicere ipsius sermonẽ splendidissimis perpolitum uerbis, quasi regium diadema pellucidissimis eóque pretiosis lapidibus interstinctum. illius inquam sermonem, qui cæteros quum diuina eruditione, tum eloquẽtia anteiuit. Apollophanes enim uir religione quidem Gentilis, quum succensuisset ac maledictis incessisset hunc ter fœlicem, maximæ spei, ac om̃ni admiratione multò dignissimum, quippe cui quum esset sodalis quodam modo charissimus, congener & affinis, obijciebat, quòd penates patriæ'ue culturam execraretur & odisset, illíque Christianam prætulisset religionem, ac fidem quæ in Christum est, prosequeretur ambitiosius ac deamaret, eámque tueretur maximo cum agone et propugnaret. Insuper quòd idem aduersum Gentiles literis utere- Collatio.

Præsertim in opere diuinorum nominum.
Allusio ad id nominis, πολύκαρπος.

tur Gẽtilium. Admonet proinde sanctus Polycarpum (qui quidem copiosis suppullularat Religionis diuinæ ac Virtutis fructibus) ut insectationem & accusationẽ elideret Apollophanis. Præsente enim Polycarpo eiusmodi scommatis ille sophistes aspergebat sanctum. Quæ porrò dicit, hæc sunt: Tu autem dicis sophisten illum Apollophanem in me maledicta congerere, et uocare parricidam, quasi qui parum sanctè aduersus Gentiles illorum utar scriptis. Atqui propius ueritati fuerat, si hæc aduersus eum intorsissemus. Gentiles enim diuinis aduersus diuina neutiquam sanctè utuntur, in hoc suas condicentes operas, ut per Dei sapientiam diuinum excludant cultum. Neque ego dicturus iam sim de multorum opinione, qui per carnis affectum & intemperiem animi in commentitijs poëtarum fabulis fixiùs acquiescunt. Quin ipse quoque Apollophanes aduersus

è septima epistola ad Polycarpum.
Ἕλληνες Græci & pro Gentilibus.

aduersus diuina minus sanctè utitur diuinis. Sanè oportebat philosophos (si modò ueri esse contenderent) per hanc rerum cognitionem, quæ ab ipso rite dicitur Philo*sophia, & ab eximio* Paulo Dei *sapientia* 1.Cor.c.2.
uocatur, ad eius surrigi contemplationem, qui earum rerum & earundem cognitionis author est. Et *ne aliorum quàm ipsius opinionem præterquàm decreui, coarguam: nosse conueniebat* Apollophanem*, sapiens cùm sit, haud secus unquam fieri potuisse, ut quiduis uices inuerteret cœlitus sibi præscripti ordinis ac monitionis, nisi authorem (à quo & ut esset, & continetur, accepit) ad hoc se promouentem habuisset: qui iuxta scripturam sacram & facit & permutat omnia. Qua igitur ratione non eum colit (quem ipsi nouimus* ἰωσεβῶ, lege ὃ σεβῶ.
per hoc quoque uerißimè esse uniuersorum Deum*) suspiciens ac demirans ipsius*

potentiam rerun omniũ authorem ac prorsus ineffabilem? Siquidem Sol et Luna ui summa & statu admirabili, ac supra naturæ ordinẽ, unà cum toto cælo, statuuntur ac decernũtur prorsus fuisse immobiles, & ad totius diei mensuram in eisdem signis omnia restiterũt. Et post pauca, Dic tu illi: Quid censes de illo Solis deliquio, quod salutiferæ crucis tempore factum est? Ambo enim tunc apud Heliopolin undáque præsentes & coassistẽtes ipsi uidimus Lunam admirabili modo Soli incidentem (Non enim erat interlunaris synodi tempus) et rursus ipsam ab hora nona ad uesperam secundũ Solis diametrũ præter naturæ ordinẽ restitutam. Insuper memoriã illi renoua alterius cuiuspiam. Nouit planè, uidisse nos eam incidentiam suum sumpsisse ab oriente auspicium, & eandem peruenisse ad extremam Solis lineam, dein resiluisse, ac rursus non eadem ex parte & incidentiam illam

ὁρίζονται.

κατὰ ἡλιούπολιν.

illã & repurgationẽ fieri cõtigit, ſed ex ea quæ diametro cõtraria eſt. Hec *ſunt quæ tũ tẽporis cõtigêre, naturæ profectò uires exuperãtia, ſoliq;* Chriſto *omniũ authori poſſibilia, qui facit magna et mirabilia, quorũ non eſt numerus.* Hæc, *ſi tibi licuerit, dicito.* E*a tu* Apollophanes, *ſi quidẽ quiueris, coargue, & me, qui unà tecũ et aderã, et uidi, diiudicaui omnia, et digna ſum admiratione proſecutus. et quæ ſequũtur.* P*aulus igitur in medio* Areopagi *quũ ſtetiſſet, eſſetq; ſumma cũ libertate hunc in modum concionatus:* V*iri* Athenienſes, *per õnia quaſi ſuperſtitioſiores uos uideo.* P*ræteriens enim & ſuſpiciens ſimulachra ueſtra, inueni & aram, in qua ſcriptum erat:* Ignoto Deo. Q*uem igitur ignorantes colitis: hunc ego annuntio uobis.* C*úmque diuinum hunc ſermonem aduſque finem percurriſſet* P*aulus, uir hic ſanequàm ſuſpiciendus ſermonem* P*auli quaſi è cælo*

τοιαῦτα ſiue τοσαῦτα.

ὃν & τοῦτον.

publicatum ac prolatum mox ut excepit, indiuulsum se illi adiunxit comitem. Et *omnibus quidem superstitionis gentilitiæ semel eiuratis sacris, auitis insuper legibus uiuendi abdicatis, in uniuersum iam cœpit* odisse *& execrari instillatos* Dæmonum *subdola persuasione errores: è diuerso, se in cælestis disciplinæ rudimentis exercet, & elementis instituitur rectorum dogmatum, ac* Euangelicæ *doctrinæ: inculpatámque ediscit fidem: ad uiuificantis baptismi regeneratiuum accedit lauacrum.* Exuit *ueterem & corruptelis prioris uitæ perditum hominem: &* Christũ *ipsum syncerioris uitæ authorem induit atque instaurat.* Pro *corruptili seruo & filio corruptibili carni obnoxio, filius efficitur increatæ, incorruptæ, omniúmque & authoris & operatricis, ac dominicæ* Trinitatis *una subsistentis essentia.* Incorruptionis *munere donatur, & illinc debitorum*

torum reportat gratiam, uestésque permutat: quæ insignia sunt & symbola ingenuæ libertatis, adoptionis ac dominij lucidissima: dignúsque habetur qui particeps sit sacrificij, & cuius pectus armis præmuniatur lucis. Perfectissima quæque mysteria supernæ ediscit sapientiæ. Ex eo iam *tempore ad strenuè nauandam in* Domini *uinea operam progreditur, & euangelicorum præceptorum capessit operationem.* Angelicæ *uitæ formulam, quatenus imitabilis est homini, exercet: & apud* Hierotheum, *doctorem spiritu* Dei *afflatum, assiduus uersatur discipulus, cuius etiam uice encomiorum in suis commeminit* Theologicis *conscriptionibus.* Quotidianis *ad* Deum *progressibus perfectior fit.* Ad *certamina uerò continentiæ & exercitij pietatis procedit.* Munus *sibi indultum omnimoda sedulitate ac diligen-*

Hierotheus Pauli discipulus, cuius meminit Dionysius partibus 2. 3. & 4. quarti ca. diuinorũ nominum.

tia tuetur ac seruat: studióque contendit fructus afferre bonorum largitori qui dederat: fructus inquam non indignos bonitate eius qui bonorum fons & origo est. O*perosissimè colluctatur ac decertat aduersus indefessum nostræ uitæ ac salutis hostem.* I*nstructus enim est quemadmodum post immersionem peccati* A*dæ in* I*ordanis fluuio , & mortalis naturæ expurgationem, quam nobis administrauit & ipse purgatus, qui nulla prorsus purgatione egebat, qui eorum quæ sunt, & author est & prouisor, unigenitus* D*ei filius, &* D*ei* V*erbum, qui et genitori coæternus, consempiternus & consubstantialis, atque character substantiuus, a paterna substantia nihil euarians, & splendor gloriæ, qui & ad propriam imaginem & ad similitudinem quum hominem formasset, deniq; quum idem fraudulenta inescatione inimici* D*raconisque malorum*

lorum

lorum omnium principis, & uxoris instigatione Dominicum spreuisset mandatum, seq́; defœdasset decolore nota peccati, ne sic quidem neglexit ad corruptionē delapsum, sed per immensum & ineffabile pelagus suæ erga nos benignitatis iuxta longè optimā Patris uoluntatem, ac Sancti Spiritus cooperationem, quum ex paternis descendisset finibus, è quibus alioqui nunquam desciuit, qui omnia implet, nec ullo circunscribitur loco, eo quidem descēsu Dei filij intellecto haudquaquam transmigratiuè. Absit hoc. Qui enim οὐ μεταβατικῶς. *fieri poterat, ut quod incorporeum est & indefinitum, nec ulla comprehendi potest cogitatione, deflectere è loco & emigrare credatur? Id potiùs intelligendum, iuxta quod nihil Deum dedecet. Dispensatione enim mi-* θεοπρεπῶς *rabili à sua se gloria parumper exinaniuit, ut sua me diuinitate adimpleret, ipséque per gratiam Deus efficerer. Quum enim uterū*

uirginalem Dauidicæ ac decentißimæ puellæ expertis thori, intemeratæ prorsus & semper uirginis perinde ac semẽ esset ingressus, sibique creasset ex eiusdem purißimis sanguinibus carnẽ, animassetque eam animà utique rationali & intellectili, ac sibi uniisset, & ex eadem uirgine esset prognatus Deus carnis amiculo adumbratus, duplex qui simplex fuerat, in duabus perfectis naturalibus uoluntate & actione, & per omnia ut nos condescensione, citra ullius peccati sordem homo, absque ulla mutatione & confusione naturarum mansit & post incarnationem unus & idem filius, & una subsistentia. Sub tẽporis uolubilitate factus est, qui temporũ omnẽ exuperat motionem: seculorúmque omnium creator, natus est. Suscepit corporis incrementum: & ad staturam prouectus est uirilem, qui est modis omnibus perfectus, immo ipsa perfectione

usquequaque

usquequaque eminẽtior. Baptizatus actũtũ à baptismate ut emersit, aduersus errorem festinat, rectà contendit aduersus homicidam illum apostatam, & permolestorum ipsius certaminum tricipitem demolitur machinam. Arrogantem illum ac iactabũdum luctando euicit tyrannum: & multiuarium agmen bellorum ipsius ad internecionem deduxit. Suo unius exemplo docet captiuum abduci posse, subindicans alioqui aduersus eum fortem conflictum nobis proponi: at interim subsidia idem suggerit, quorum ope nixis aduersus eum strenuè agere liceat. Ad exemplum igitur salutaris istius formulæ uiuendi hic inclytus heros suam ipsius componens uitam ac dirigens, mox ut à fonte illustratiui & ad primariam uitam regeneratiui baptismatis emicuit, gratia insuper quæ illinc corriuatur, obarmatus, ac delibutus unguine diuino, (ceu hi assolent qui in

τρικάρηνον μηχανήν.

ζωαρχικοῦ φωτίσματος.

ὁμοιώσει.

palæstris exercent suos ex aduerso hostilis turmæ instructi) è uestigio aciem adornat aduersus infensissimum uiæ rectà ad cælos prouehentis obsessorem, bellatorẽque ueteratorio ac uersatili ingenio præditum. Vitæ istius temporariæ curas à se recellit: totúsque amore flagrans resurrectionis ad Deum efficitur strenuus agonistes, dum in intentis orationibus interdiu pariter & noctu perdurans, insomnésque tolerans totas noctes ac ieiunia, extenuatã carunculam édomat, & peiorem partem substernit potiori, nimirũ puluerem hunc menti. Terreã hanc crassitiẽ imminuit, quæ mẽtibus quasi quædam dẽsæ caliginis nebula, radiorum Solis micãtissimũ adimere consueuit splendorem. Per hanc carnis macerationem, ad apicem prouehitur contemplationis, & in his quæ de Deo sunt notitijs quàm gratissimè uersatur. Quod deiforme est animæ, ab omni auocat cõcreta

τὸ σαρκίον δαμάζων.

Mentem uidelicet.

& materiali

& materiali cogitatione : ac ſpiritualem ipſius oculum totum attollit ad fulgurantem ſplendorem ab illis de Deo intelligẽtijs promanantem, ſe interim ſpeculatione iugi oblectans Apoſtolicæ doctrinæ, ac omnem cum nouæ tum ueteris ſcripturæ ſacræ cõtextum ſibi ipſi apparans & concoquens, reſpirationis uice ac pabuli. Quòd porrò perſpicaciſſimis Beati Pauli oculis uiſus ſit eminere eximia ac multiplici prærogatiua uirtutis practicæ ſimul & theoreticæ, & proinde iudicatus Pontificalis faſtigij gradu dignus, primus ab ipſo per manuũ impoſitionẽ præficitur Athenis et inauguratur Epiſcopus, ac ſuæ Pater patriæ declaratur. Primitiuos fructus ex rationali negotiatione prouenientes adminiſtrat, ac uelut ĩ manũ ſumit. Cõueniebat ſanè, ut ea ciuitas quæ ipſum protulerat, quæ eduxerat, quæ & erudierat proprio germine, ſuo alumno atque peculiari ſua

Virtus actiua & cõtemplatiua.

Dio. primus Athenienſiũ epiſc. ac ſuæ pater patriæ.

eruditione tandem irradiaretur & exultaret, qui primus ex ea generatus spiritualiter est Christo salutis authori, quique omnibus uitæ & doctrinæ ornamentis ac prærogatiuis primas tenebat. Par quoque fuerat, ut pastorali ductu ac prælatione longè optimi filij eadem regeretur, qui ipsius gressus ad Deum *illustraret, & ad pascua deduceret*

Psal. 22. a. *salutis, et ad locum herbæ uirentis, nimirum incorruptæ & politioris doctrinæ illi figeret tabernaculum, & super aquam refectionis, quæ prorsus beata est requies, educaret.* O *sortem dextimã, suffragatricem & auxiliarem* Atheniẽsium *metropolis.* V*t ter beata reuera est, & ter fœlix ciuitas, quæ tantũ & edidit & est sortita pastorem, præducem uiæ ac doctorem: sicuti iam olim eximium il-*

Collatio ab exemplo. *lum* Mosen *habuit populus ille* I*sraeliticus.* E*nimuerò hic re ipsa alter quidam declaratus est esse* Moses. Aegyptũ *illam, tenebricosam*

sam dico, & errore Idololatriæ circa Deorũ multitudinem consistentis confusaneam, non utique decem modò plagis, sed innumeris, & ijs exitialibus maximè, atque ignitis iaculis suorum dogmatum ac multiplicis sacræ doctrinæ confecit. Pharaonem insuper illũ spiritualem unà cum ipsius pernicioso atque internectiuo potentatu, uanissimã dico & perquàm futilem doctrinam hæreticorum, planè loliaceam, & per imposturam Cacodæmonis suppullulantẽ quum demersisset splendidissima profunditate suæ ipsius sciẽtiæ, quæ perpolita est sapientiæ prorsus diuinæ ornamẽtis, nec minus lepôre facũdiæ cõdita, electum uerò Christi populũ à tyrannide Belial et superstitioso cultu reducem ac refugam pedibus proculcantem mare hostili exercitu aduersum se bella conciente exasperatum, per uiam deductum prælucente gratia columnæ instar, illustrem ac luculentam speciem

Diabolus, Pharao spiritualis.

[illegible]

præferentis, gratia insuper ac nube uelut Sãctissimi Spiritus integumento protectum, quum incolumem & saluum perduxisset ad requietam & tranquillam stationem inculpatæ fidei, & hisce humilibus ac terrenis, modis omnibus superior euasisset, inque superciliosi montis uirtutum editissima specula pulchros illos pedes qui euangelizarẽt pacem, constabilijsset ac firmasset, et diuinam illam ingressus caliginem esset, cúmque Deo sermonem cõseruisset familiariter, ac diuini oraculi et promulgandæ legis tabulas excepisset, Dei quoque aduersarium Amalec quũ in fugam uertisset palmis in sublime cruciformiter exporrectis, & uiperinis morsibus supplantatos, Dæmonum scilicet insidijs & iaculationibus, inque miseram captiuitatem abductos, persanasset per eius gratiam, qui ligno appensus, & carne mortificatus est, contrarias itẽ potestates mortificauit is qui

Allusio est ad id Esa, 52. b.

Perstat in collatione. Exod. 17. c. d.

a Dionysio

à Dionysio legitimo cultu obseruatus est, adoratus, & consensione sermonis prædicatus. Hic *porrò alter ille* Iesus *fuit, qui dissecto* Iordanis *flumine, peculiarem* Dei *populum pedibus incedentem traiecit, uestigijs nullo vuido humore madentibus, secúmque ferentem omni cultu dignißimam & sacratißimã arcã illam spirituale͂, ac numinis capace͂, ĩ qua erat uirga q̃ germinarat,* munitiones execrabilium* Ierichontinorum, *(quo quidem infami nomine intelligi poßunt allophyli, id est alienigenæ siue* Gentiles*) arcésq; quamlibet firmas turbulentæ multitudinis* Hæreticorum *deturbans ac decutiens uersatilibus undique ac multimodis agonibus tuendæ* Religionis *gratia susceptis, elisas atque euersas frendore clangoréue personãtium tubarũ pontificaliũ*. Sermonem *proinde* Soliformem *atque illustratiuum, et* Luciferi *instar sapientem prorsus moderandi populi*

Cõfert cũ Iesu Ben Nun.

* *desit hic in exemplari nonnihil, forsan ῥάβδον βλαστήσασαν.* Numer. 17. c.

σελασφοροῦσαν κυβέρνησιν.

temperiem sibi cælitus infusam obtendens ad expulsionem luporum rapacium greges rectæ rationis participes labefactantium, & ad eorum profligationẽ, qui improbatam doctrinam inferũt. Eis quoque qui ad salutẽ prouehuntur, hæreditatem æternùm duraturam procurans in cælesti illa Hierusalem, quemadmodum ille Iesus Solem Lunámque stitit in obsequium populi diuina ope tandem seruati, & coorientis ad hostes è terra promißionis profligandos, dum is studio deproperat poßeßionem promißam in uniuersum dispertiri populum. Dauid quoq; hic alter est, qui Goliath magnopere uires suas uenditãtem aduersus aciem Dei, & huius propugnatorem inclytum probro insectantem, intorta funda cecîdit: cúmque infestum illũ & sanguinarium lapidis iactu allisisset solo, ex hostibus palmarem illam omnium ore impendiò decantatam reportauit uictoriam, & innu-

Cum Dauid confert Dionysiũ.

1.Re.17.a.

& innumeris applausibus laudis Epiniciæ *exceptus est ac celebratus.* Hic *sanè* Dionysius *quũ fortissimè egisset, atque heroicam nauasset operam: fide spéque & omni fiducia in* Christum *coniectis, uires occœpto à se operi addens, truculentum illum homicidam qui in tyrannis persecutoribus operatur efficaciter, protriuit ac deiecit, generositate animi petra quauis solidiore usus: & relata uictrici corona, hymnis laudibúsque nulli numerandis continenter muneris uice honoratur.* Alter item est Ezechiel, *mysticarum maximè ac diuinarũ per se inspector factus uisionum, & propheta multiuariã describẽs distinctionẽ apparitionum* Dei, *ac symbolicarũ efformationum, perque sensiles figuras subtilissimis ceremoniarũ institutionibus mẽtem nostrã subuehens ad contemplationẽ immaterialiũ & abstractarũ mẽtium. Cæterũ quid necesse sit eiusmodi uirũ et admiratione*

Epiniciæ, uictorialis

Cum Ezechiele componitur.

dignißimum ſacramentorum enarratorem cum his componere, quæ luci prætexunt umbram? Decuerit uerius ipſum conferre cum iſtis qui per propriæ uitæ claritatem digni ſunt habiti qui cum ipſa luce (nempe Chriſto) conuiuerent & congrederẽtur familiariter. Vtique aßimilandus uenit illi ſanequàm eximio ac eminentißimo Petro, cui ſempiternus ingenitúſque Pater coæterni et conſempiterni filij generationem reuelauit ſecula omnia omnéque tempus antegreſſam, nec ullo prorſus aut intellectu aut ſermone comprehenſibilem, ſuper quo appellato petra & inconcuſſum fidei fundamẽtum Chriſtus, qui uerè eſt Petra, uitæ, & eorum quæ ſunt, effectiua ſimul & complexiua, ſuam ædificauit eccleſiam: quem rurſus cæleſtis illius domicilij ac ditionis ſortitò diſtributæ clauigerum & collatorem pronuntiauit, diuinam ipſi poteſtatem ſoluendíque & ligandi

Petro itẽ aßimilatur.

di catenas peccatorum tribuens. Qui quum prodigiosis operibus quasi scintillantibus fulgetris inclaruisset, Reginam Romam ad Christum tandem fœlicissimè conuertit: & occiduæ plagæ tetram fuliginem in pellucidissimum permutauit splendorem. Eundémne assimilemus tonitrui filio, qui diuina, ac supra naturæ conditionem, auribus quoque ac mentibus cunctis mortaliũ inaccessa, ipsis præterea supermundanis substantijs inattingibilia pertonans mundo insinuauit: quæ nimirum mysteria prorsus ac uerissimè inexistentis sapientiæ immiserat pectoribus, et ex fœlicissimis atque perennibus scientiæ suæ in mysterio reconditæ ac diuinæ thesauris exhauserat liquidissima Theologiæ fluẽta? Congruẽtiús ne fuerit ac proprium magis, ipsum ut assimilemus Paulo, à quo luce fidei illustratus est, & initiatus sacris, qui & cælorum apsides transcendit, & indidem

Ioanni comparatur.

De Euãgelio intelligit Ioannis.

Dionysius quàm fuerit Paulo assimilis.

perspexit nullis uisibilia mortalium? Hic *& quæ nemini uel audire liceat, hæc auribus hausit: & mysticè didicit uerba omnium maximè mystica.* Hic *illam nostram ueterem patriam, nempe paradisum, conscendit: uidit & quæ illic est, beatitudinem, ac uitæ oblectationem, à qua quidem primi illi parentes per suam intemperantiam ac dominici mandati trãsgreßionem in hoc sunt relegati exilium. Qui & uolucris ritu uniuersum perlustrauit terrarum orbem: & asperitatem gentilitiæ superstitionis ceu uiuam prædam ex infidelitate abduxit ad complexum fidei.* Horum *enim imitatus quum esset* Dionysius Zeli *erga* Deum *uim exæstuantem, & charitatis synceritatem, & iudicij æquitatẽ, & erga proximos condolentem benignitatẽ, & modestiæ inclytam celebritatem, & fortitudinis atq; ingenuæ in loquendo libertatis luculentam & facundam circunspectionem, suæq;*

διακαὴς, εἰλικρινὴς, ἐπιεικὴς, συμπαθὴς, εὐκλεὴς, περιφανὴς, θυμαλὴς.

ſuæq; ipſius uitæ formulã omnem attemperaſſet atq; compoſuiſſet ad cuiuſq; horũ deiformẽ uiuẽdi rationem: pro merito ſuæ probitatis à Domino, A*poſtolicam reportauit gratiam, & ſignorũ efficacẽ potentiã, et cælitus infuſam propheticæ doctrinæ affulgẽtiam, &* T*heologiæ profunditatẽ immẽſam.* Q*uã enim ex* G*ræcanica eruditione ſibi corrogarat ſapiẽtiam, hanc in ordinem redactã ceu famulã coegit ſeruire cælesti ſapientiæ: & tãquam ſolers apicula quicquid in illa inferiore multò excellebat, & erat longè eximiũ, id omne quũ litaſſet diuinæ ac cæleſti ſapiẽtiæ, et inſpiratione exatiatus ab auguſtiſſima emanatione diuinæ lucis proſiliente, loquutus eſt ac diſſeruit de re* T*heologica, & in literas tranſmiſit, quæ nullum non ingeniũ ſtuporis complent ac miraculi.* A *uiſibilium enim contemplatione poſtquam raciocinando ad perpenſionem inuiſibilium excitauit*

Liquet id ex opere duuinorũ nominum. μεταφορά.

mentem, trésque supramundanorum ac splē-
ἐκκλησίας: pro quo legendum arbitror ἱεραρχίας. didissimorum agminum Ecclesias, simul & per unamquanque tres sanctissimas angelicorum spirituum distinctiones contemplatus est: utq́ue descripsit quemadmodum se habeat quiuis angelus supermundanus ac cælestis, quóue pacto incorporeis agminibus illis accēturiatur & allegitur: simul & ubi percensuit quàm pulchrè inter eos seruetur ordinis decorum, & illam cælestem ordine deduxit Hierarchiam: tandem id quod animæ lucifluā præfert speciem, nempe mentē ipsam, omni cum tremore ac reuerentia promouet & exporrigit ad Thronum augustissimæ maiestatis diuinæ. Labijs proinde diui-
Esa. 6. B. no & purgatissimo carbone expiatis, edisserit Theologicè unam in Trinitate impartilem & increatam Dei maiestatem. Vnam dominationem uniuersorum creatricem, ui suæ prouidentiæ omnia complectentem. Vnā

essentiam.

essentiam. Vnam potestatem. Reguum item unum ac potentiam. Vnam uoluntatem simul & operatoriam uim. Personas quoq; in unitate treis, consubstantiales, consempiternas & coæternas, discretas quidem & numero & proprietatibus æternùm duraturis immotè et immutabiliter: unitas rursus, sed inter sese inconfusè existẽtes, unaquaque cum sua proprietate perpensa: non loco, nec loci ullius confinio à se diremptas aut seiunctas. Neque enim ulla disparantur circunscriptione loci, incorporeæ quum sint, & incircunscriptæ: absit: sed sola mentis cogitatione, quatenus sinit pietas ternariam recensionem personarum contemplari & concipere, citra omnimodam permistionem & coniunctionem. Vna latria & adoratione coluntur. Vnum Deum, unum Dominum ut colamus, decernit: qui in tribus personis colitur & adoratur, filio & Spiritu Sancto in

εἰς μίαν ἀρχὴν καὶ αἰτίαν.

unum relatis principium atque authorem. Et quidem filius ante secula omnia ex solo Patre, nimirum ex ipsius essentia genitus est, & solus, & solitariè, citra ullam & corporis molem, et corruptelam perturbationum, aut temporis moram. Spiritus sanctus autem ex ipso solo Patre & per filium procedit, qui & apparuit hominibus diuinæ Monarchiam naturæ nos edocens, non eam quam una sibi uni circunscribit persona, (Hoc enim unius imperium cõcire seditionem assolet, dum quæ permulta sunt, ad se unum molitur redigere) sed quam Monarchiam parilis naturæ constabilit conditio, & concors sancit ac firmat conspiratio uoluntatis, & eadem prorsus motio & ad unum ex eodem aspirat consensio atq; annutus. Atqui ipse uideri possim ei assimilis, qui angusta Cotyle exhaurire cupiat immensam pelagi abyssum, ut qui adnitor humilitatis nostræ qualibuscunque uerbulis

Hæc de Spiritus sancti processione opinio Græcis propè omnibus communis fuit.

Monarchia humana seges seditionum plerunque est.

κοτύλη ἡμίνα *sextarij dimidium continet.*

uerbulis perſpicuam reddere Theologiam eximij huiusce Theologi multò aliarum ſupremam. Vnus enim ille liber diuina luce irradians in promptu eſt cuiuis, qui & poſsit doctrinæ cæleſtis promicãtes fulgetras eiaculari Solari luce ſplendidiores, qua quidem doctrina falſi nominis ſcientiæ caligo, corruptrix animarum peſtilens procul exigatur: rectorum autem ac diuinorum dogmatũ ſolida integritas explanetur & elucidetur. Non *enim is modò controuerſioſas & irritatrices hæreticorum nugas mõſtriſque perquàm ſimiles quas ætate apoſtolorũ ille Zizaniorum ſator ſuperſeminarat, ab radice reuulſit: ſed & poſteriùs traditas aduerſus* Deum *blaſphemias, linguarúmque impudẽtium deliramenta demolitus eſt radicitus & euertit: eas inſuper hæreſes quæ excogitatæ ſunt aduerſus ſanctam & naturæ comparis* Dominicam *Trinitatẽ, aduerſum dei Verbi*

Laus operis περὶ τῶν θείων ὀνομάτων.

Christi Saluatoris nostri incarnationem, eas denique quas commenti quidam sunt posterius aduersus uniuersitatem mortaliũ quotquot iurarunt in Christi nomen, contra erectionem, culturam & adorationem sanctarum ac uenerabilium Imaginum *in* Ecclesiis *&* Apostolicis Cathedris *toto terrarum orbe constitutarum,* Deo *nimirum multò prius præuidente, ac proinde per illius beati linguam omni gladio ancipiti incidẽtiorẽ euellente & præcidente omnimodam exitialem ac tabificam* Hæreticorum *seminum suppullulationem: è diuerso eodem constabiliente confirmantéque ueritatem* Euangelicarum *&* Apostolicarum *prædicationum simul & traditionum. Quocirca mihi in primis producenda in medium est uerbotim auro omni radiantior de* Deo *doctrina elocutionis diuinitus illustratæ & permotæ, de* Deitate *tribus subsistente personis, déq; personæ unius*

Imagines colendæ.

κηρυγμάτων καὶ παραδόσεων

θεολαμπῶς καὶ θεοκινήτου διαφράσεως.

in

in trinitate, nempe unigeniti filij Dei *aduentu ad homines per natiuitatē ex aula uirginalis uteri.* In *opere enim de* Diuinis *nominibus hæc porrò ait: Quare in omni propemodum* Theologico *opere perspicimus augustissimam* Dei *maiestatem hymnis planè sacris celebrari, nunc quidem ut singularem et unicam, propter simplicitatem & unitatem impartilis, illius indiuidui natura omni superioris, per quod ceu uirtutem unificam ipsi counimur. Quúmque diuiduæ alterationes nostræ modo supramundano in unum consertæ fuerint: tunc demum in deiformem singularitatem atque unionem diuinæ simplicitatis æmulā colligemur.* Nūc *uerò ut trinitatē prædicamus, ut expreßius declaretur illa supersubstantialis fœcunditas tribus subsistens personis, ex qua omnis paternitas in cælo & in terra est & nominatur.* Vt *causa uerò laudatur eorū quæ sunt: quòd ut essent*

Parte. 1. cap. 1.

Deus prædicatur ut unus & singularis.

Vt Trinitas.

Vt Causa siue authór.

omnia acceperunt per ipsius substantificam bonitatem. Sapientem proinde ac pulchram

Vt sapiens ac pulcher

Dei maiestatem astruimus, quòd quæ sunt omnia, suæque naturæ tenorem asseruant nulla sui parte uitiatum, omni prorsus diuina cõcinnitate ac decore sacro explentur. Deũ

Vt præcellenter benignus.

insuper profitemur benignum hominum esse amatorem, idque præcellenter, quoniam in una personarum ipsius trinitatis quæ nobis communia sunt, eorum prorsus ac uerissimè uoluit esse particeps, ad seipsam reuocans, in seque suscipiens infima conditionis humanæ, per quæ Iesus qui simplex est, idem modo inenarrabili est & compositus, sempiternus prorogationem morámque subijt temporis. Intra cancellos nostræ natus est naturæ, qui omnem naturæ omnis superessentiali prærogatiua transcendit ordinem, suffultus immutabili & inconfusa proprietatum firmitate. His concinunt quæ etiamnum per Epistolam

stolam scribit Gaio de eadem Domini incarnatione. Dicis: Quónam pacto Iesus quum omnem exuperet & supergrediatur creaturam, communione essentiæ cæteris hominibus in ordinem allectus est? Nam hic non ut author hominum dicitur homo: sed ut propriè tota substantia homo uerè est. Nos porrò Iesum neutiquam humana finitione circunscribimus. Neque enim is homo tantùm est (Nam homo tantùm si esset, dici nequaquam posset omni substantia superior) sed est uerè homo, qui homines cùm eximia complecteretur charitate, superior quum esset hominibus, etiam secundum homines ex hominum substantia, ipsa alioqui eminentior substantia, substantiam accepit carnis. Exuberat nihilominus opulentissima plenitudine illius præcelsæ & præeminentis substãtiæ is nimirum qui semper præter modum omnem substantialis ipsa substantiæ opulentia est Epist.4.

perquàm plenus. Ad noſtram quoque ſubſtãtiam uerè quũ deſcendiſſet, qui ſuperemi-net ipſi ſubſtantiæ, ſubſtantiam accepit carnis, & ſupra hominis conditionem quæ ſunt hominis, geſſit. Argumento eſt uirgo præter naturæ ordinem concipiens. Aqua inſuper inſtabilis materialium terrenorúmque pedum ſuſtinens pondus, nec ſubſidens interim aut cedens, ſed ſupra natiuam uim in ſe conſiſtebat, nuſquam diffluens aut ſe effundens. Cæterùm quid attinet ut reliqua unus quiſpiam percenſeat, tam multa quum ſint? per quæ (ſi quis modò nihil Deo *indignè expenderit) ea quæ de benigna diſpenſatione carnis à* Ieſu *aſſumptæ affirmantur, agnoſcet in ſe uim retinere præcellẽtis cuiuſdam & eximiæ negationis. Vtque breuiore compendio cuncta perſtringamus, neque homo erat, non quaſi non homo: ſed quaſi ex hominibus ultra homines & ſupra hominem homo*

mo

mo ipse natus: ac deinceps non iam diuina ut Deus*, neque ut homo humana operatus est: quin deo ueriùs homine facto, nouam quandam & deiuirilẽ actionẽ re ipsa* θεανδρικὴν ἐνέργειαν. *exeruit nobiscum uersatus.* Atque ideo idem *in opere didascalico ecclesiasticæ hierarchiæ (quo loco theoriam explicat consecrãdi unguenti) hæc dicit:* Ille igitur Deo *proximus ac supremus supercælestium substantiarum ordo nequaquã ignorauit summa maiestate* θεαρχικώτατον Ἰησοῦν. *præcellentem* Deum Iesum*, ut sanctificaretur, descẽdisse.* Intelligit *sanè eum sacratiore modo ad ea quæ nostram concernunt naturã, sese demisisse per inenarrabilem prorsus ac diuinam suam bonitatem.* Adde, *quòd is perspiciens se pro susceptæ humanæ naturæ decoro, à* Patre*, à seipso, & à* Spiritusancto *sanctificatum, suum agnouit principium, in ijs quæ quidem diuinæ maiestatis uirtute operatur, inalterabili atque immutabili sub-*

stātia subnixum. Quare signorum sacrorum traditio sancto illi unguento (dum consecratur) Seraphicas circumponit imagines, ut quae planè nouerit ac profiteatur Christum sui semper similem fore & indemutabilem in integra ac uerissima nostrae istius humanae carnis assũptione. O labia longè beatissima, quae haec deprõpserunt. In his uerè spiritus Paracleti charismata sibi delegerũt sedē. Vnde & dona sua gratuitò solet his dispartiri, qui ad diuinae puritatis imaginem animam corpúsque expurgarũt ab omni fece sordentis peccati, in quorum albo numerandus nihil obscurè uenit sanctissimus hic sacramentorum Dei interpres, eóque ipsius labijs infusa est abunde gratia. O linguam mysteriorum explanatricem administrando Dei Verbo maximè idoneam, quae talismodi dogmatum mysticorum & eatenus retrusissimorum doctrinam in primis arcanam

Hic nota sacrarum imaginum traditionē.

tanta

tanta cum disertitudine ac luce enarrare promeruit. Prorsus iuxta elogium illud propheticum nuncupari potuit Calamus scribæ uelociter scribentis. O mentem lucidissimam, quæ istiusmodi splendescere emeruit & illustrari intelligentijs, quæ omnem sensum exuperant, eloquium omne uincunt. Quæ enim mens acie licet perspicacißima & diuino illustrata lumine, non tanquam in arctißimis consistentem locis multitudinem cernat hominum horrenda cæde sauciatorum, sanguine & puluere se preßiùs agglomerante permistam: ita & uniuersam hæreticorum infensißimam & maximè hostilem turbam perspiciat concidere, in terram decuti ac deperire hac uel cum primis compendiaria uerborum complexione diuina aspiratione prolatorum? Et hæc quidem nimisquam pauca ex multiplici decore prati ipsius floribus sententiarum

Dionysius κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου.

Confirmat homœosi.

Simile quid legis apud Chrys. homil. 6. ad Philipp.

uernãtiſsimi atque amœniſsimi ſe obtulerũt, quæ quadantenus uſum ſui commodent ac ſatis ſint ad condecorandam laudem præcelſæ ac ſublimioris eius Theologiæ, *ſimul & ſplẽdidiſsimæ atque incomparabilis* Orthoxiæ, *quæ ſanequàm uera eſt & incomprehẽſibilis fides. Cæterùm quales ego dignos applauſus, quas illi laudes accommodare queã ob inclytam illam moderatricem ſapièntiam & ſcientiam paſtoralem, qua præduce ſolerter moderatus eſt ſibi concreditum gregem?*

Aggreditur ἐγκώμιον à pastorali functione.

Nempe enim, *ut* Nauclerus *quiſpiam celſa in puppi reſidens, manúque admota gubernaculis, nulla non parte aduigilans quaquauerſum luſtrat & circunſpicit undénam adſpirẽt aſſultus uentorum. Et quidem procelloſas illorum impreſsiones præcauet, ſiue è longinquo ſiue è uicino ſubinde recurſantes, uectoréſque tutos reddit ac præmunit, & impendentis procellæ præuertens incurſum*

βεβαίωσις à ſimili petita.

nauis

nauis uelum ſinit flacceſcere ac remittit laxatis rudentibus: ad uentum uerò ferentem & ſecundum ſuſtollit, rurſusque carbaſum ſimul atque expandit, opportuno ductu nauim moderatur ſuam, cœptámq; nauigationē exultabūdus peragit, fluctu licet circū carinam frendore ſtridulo perſtrepente, ac proſpero flatu ex aduerſo puppis aſpirante. Siqua forte inundans & fluctiuoma tempeſtas exoritur: contingit interim, ut tunc ſolerti arte nauim reddat fluctibus ſuperiorem, ac ueluti penſilem faciat, & proinde à naufragio aſſeruat incolumem. Quod ſi nonnunquam aura ſerenior ac profunda tranquillitas omnigenam fluctuationem & ingentem procellam conſopierit, ne ſic quidem conquieſcit aut dormiturit: ſed remiges adhortatur, ſuis ut remis nauem impellant: admonetq;, ſemp̄ ſobrij ut ſint, peruigiles et attenti, quò uitatis periculis & nauigatione

fœliciter excursa uectores unà cum mercimonijs ad portum usque prouehant & appellant. Quin etiam is uideri poßit ueluti quidam caprarius aut opilio, qui feras quidẽ exitiales gregi & in caulam irrumpere gestientes, funda ac pedo abarcet & recellit: néue intermedijs noctibus incursum faciant in caprile, lampadum obiectu & iaculis exterret ignitis, oues circũquaque propugnat ac tuetur oberrans ouile, à noxijs quidem & insalubribus pascuis eas abarcẽs, ad eas uerò quæ adiumento & usui esse poßint, adducens, quæ'ue multò sint optimæ. Eam ouem quæ perseuerat incolumis, innocuam seruat: quæ collapsa est & morbida aut confracta et attrita siue sauciata, hanc surrigit, astringit, ungitq́ue & medicat. Quin & plerunq; ex unguibus, ex ipsis faucibus ferarum rapto uictitãtium quod abreptum fuerat, etiãdum spirans, ac tantùm non efflans uitæ halitum

Altera homœosis.

litũ auellit, refouet et ad uitam uelut postliminiò reuocat, perinde ac à morte, priori instauret uitæ. Ad *eum sanè modum sapientissimus hic moderator admotus primùm gubernaculis* Ecclesiæ *nuper coagmentatæ & compactæ perinde ac nauis in medio maris istius magni excita undelibet inundatione ac tempestatæ, cuiue concredita erat administratio gregis utiq; rationalis ac recèns in* Christo *geniti, uesaniente* Idololatria *& impotentiùs inualescēte,* Tyrannóq; *ac stultis istis mūdi sapiētibus simul et* Rhetoribus *quibuslibet feris ferociùs aduersum eos debacchātibus, qui uel ex* Iudaica *et legali cultura planè umbratili, uel ex gētili impietate ad intemeratā* Christi *fidē transierāt, quorū hic tutor erat probatissimus & uerissimus* Christi *pastor, ac proinde prærogatiua* Apostolicæ *præeminētiæ declaratus est uerè dignus qui animo saneq̃ præsenti nitēs populū*

à Deo electum ſalutari, exacta & peruigili prudentia accuraret ac refouêret. Et quidẽ prophanorum qui à ſuſcipienda fide abhorrebãt, ac diuinæ reclamabant prædicationi, horum intolerãdam rabiem auerſabatur intento uigore puriſsimarum orationũ, & quæ ad liberrimè annuntiandum Verbum dei fiduciam ſuggerebãt, ſanctarúmque manuum iugi ad eum extenſione, qui illorum poterat elidere furorem: & eorum familiares congreſſus declinabat deprecationibus aſsiduis intentus. Eorum uerò inſaniam qui in ſpeciẽ quidem inſigne præferebant familiaris amicitiæ, quũ alioqui nihilo erga eum melius afficerentur, atque flagitioſiſsimi quique hoſtes, externè quidem ouilla pelle amicti, internè uerò nihil aliud promittẽtes quàm morem ingeniúmque lupi rapacis, in animi penetralibus uerſantes ſemper quidpiam malignitatis. horũ dico inſaniam, ſutelas doloſq; omni-

Ait. ſolertem prudẽtiam Dionyſii.

Verbũ Domini eſt: Qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium.

omnibus exponebat facilè conuincendos. Iam quidem Sophistarũ Rhetorũq; sophisticè argutantium aduersus salutare dogma fidei, et eorũ q artis Dialecticæ ueteratorijs insidijs, Sophistices quoq; ac Rhetorices uersuta uafritie utebãtur, horũ omniũ ppositiones, acrẽ cõcertationẽ et antitheses æstimabat pinde ac textura q̃dã solutilis essẽt, et facilè friatilis telæ arachneæ, facillimè diuellicans ac diluens quæcũque apud istos uidebantur plurimum habere acuminis, & artifici ingenio concinnata quæcũque elaborata philosophiæ præcepta ac problemata. At certè aduersus fidei hostes qui regiam salutis uiam oppugnabant, consistebat peruigil, omnipotenti armatus uirtute Dei ac Regis nostri Iesu Christi, præfractam illorum ferociam supprimens, & falsi nominis scientiam relidens atque coarguens. Et quidẽ faciebat permagni, si animabus discipulorum priùs

à Deo electum salutari, exacta & peruigili prudentia accuraret ac refouêret. Et quidẽ prophanorum qui à suscipienda fide abhorrebãt, ac diuinæ reclamabant prædicationi, horum intolerãdam rabiem auersabatur intento uigore purissimarum orationũ, & quæ ad liberrimè annuntiandum Verbum dei fiduciam suggerebãt, sanctarúmque manuum iugi ad eum extensione, qui illorum poterat elidere furorem: & eorum familiares congressus declinabat deprecationibus assiduis intentus. Eorum uerò insaniam qui in speciẽ quidem insigne præferebant familiaris amicitiæ, quũ alioqui nihilo erga eum melius afficerentur, atque flagitiosissimi quique hostes, externè quidem ouilla pelle amicti, internè uerò nihil aliud promittẽtes quàm morem ingeniúmque lupi rapacis, in animi penetralibus uersantes semper quidpiam malignitatis. horũ dico insaniam, sutelas dolosq; omni-

Ait. solertem prudẽtiam Dionysii.

Verbũ Domini est: Qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium.

omnibus exponebat facilè conuincendos. Iam quidem Sophiſtarũ Rhetorũq; ſophiſticè argutantium aduerſus ſalutare dogma fidei, et eorũ q artis Dialecticæ ueteratorijs inſidijs, Sophiſtices quoq; ac Rhetorices uerſuta uafritie utebãtur, horũ omniũ ppoſitiones, acrẽ cõcertationẽ et antitheſes æſtimabat pinde ac textura q̃dã ſolutilis eſſẽt, et facilè friatilis telæ arachneæ, faciliſſimè diuellicans ac diluens quæcũque apud iſtos uidebantur plurimum habere acuminis, & artifici ingenio concinnata quæcũque elaborata philoſophiæ præcepta ac problemata. At certè aduerſus fidei hoſtes qui regiam ſalutis uiam oppugnabant, conſiſtebat peruigil, omnipotenti armatus uirtute Dei ac Regis noſtri Ieſu Chriſti, præfractam illorum ferociam ſupprimens, & falſi nominis ſcientiam relidens atque coarguens. Et quidẽ faciebat permagni, ſi animabus diſcipulorum priùs

perperam inſcalptos charactéres impietatis & execrandæ Idololatriæ interlinere poſſet atque inducere, & in eius locum tranſcribere multiplicem doctrinam diuinæ pietatis & ſupermūdanæ ſapientiæ. Crederéne poſſet unus aliquis eum fuiſſe cunctatiorem in repoſcendo fructus eorum quæ uel tradebat uel edocuerat? Nihil minus. Quin immo diuinorum eloquiorum multiiugam eruditionē quæ ſine ſuffragio ſanctæ operationis eſſet, aſſeuerabat ſibi uideri eſſe aſsimilem arboribus uernanti quidem & peramœno uirore foliorū comātibus, ſed quæ interim infrugi ſterilitate laboraret. Rurſus fidē edocebat eſſe mortuā, quæ ſine operibus eſſet, cōſulēs oportere germanè fideles perpolire ſeipſos & exornare accurata obſeruatione mandatorum, nec ullum eſſe aliud expreſsius argumentum ſynceræ in Chriſtum fidei ac ſolidæ dilectionis. Admonebat proinde futuri illius tremendi

βεβαίωσις à ſimili ducta.

Si diligitis me, mandata mea ſeruate.

tremēdi utiq; iudicij et apprimè formidabilis timorē ob oculos mētis semper habēdū, in quo rationē reposcemur eorū quæ quisq; nostrū in uiuis gessit. Et quidē qui cū ꝑpeti obseruatione orthodoxæ fidei, uitā traduxerit professione Christiana dignā, ac decētē, & proīde cōperietur incorrupto iudici Christo fuisse gratiosus: eiusmodi ꝑfruetur fœlicissimis prorsus et æternū duraturis delicijs. E diuerso quisquis min⁹ accurarit adiūgere fidei ꝙ optimā uitæ institutionē simul & operationē, quī hāc poti⁹ decolore nota uitiorū asperserit ac defœdarit: ab hoc pœna exigetur sua socordi ac stolida temeritate digna. Atrocissimū nāq; nec ullo claudēdū fini luere cogetur supplicū. Hic nullum non erudiebat: utque per Euangelicæ semitæ regulam ingrederetur, dirigebat, & ut iuxta apostolicam traditionem, uitam componeret suam, pro rationis iudicio cuique dispensans in

κατὰ τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν.

E

tempore tritici mensuram. Eos enim qui rerum habitu usúue rudes dum erant uitæ sanctioris, ac recèns Ecclesiæ agglutinati, nutricabat lacte, nimirum simpliciori & elementari doctrina. Perfectos uerò qui per ætatem adoleuerant, solidúmque ac uirilem cibum comesse poterant, utpote qui corpus & animam priùs rite expiassent, hos sanè pascebat edulio mysticæ ac solidioris sapientiæ. Hoc pacto, quia plus istis liceret concredere, suo unius præmonstrabat exemplo, pastoribus factus forma longè optima amplectēdæ uirtutis, uel sermone docens. Quum enim commune Ecclesiæ corpus ex multis diuersisq; gentibus esset conflatum, quæ morum, rituum ac sermonum uarietate distinguerētur: earum hic unus ac simplex curator erat, idem alioqui in omnes se dispertiēs, ac proinde uarius. Simplex quidem rectitudine & ueritate, nimirum omnis fuci ac duplicitatis liber.

Simpliciores lacte, perfecti solido nutriēdi cibo.

Pastor & simplex esse debet, et uarius. Idē Chrysost. in 6. Dialogo περὶ τῆς ἱερωσύνης.

liber. Varius autem, dũ ſolertiſsimè ſingula diſpenſat, & ſagaciter præſidet, congruam cuique exhibens medelam, ac conuenientem inſtituendæ uitæ formulam. Quum enim ſecundum animam eſſent infirmiores, huic quidem hoc, alteri uerò illud ſapienter & commodè pharmacum tribuebat ſui lenitiuum doloris. Nam & quos cernebat tollutim ingredi, agilique curſu contendere, feſtinabat hos admonere, ut eorum quæ retro eſſent obliti, in anteriora ſe extenderent. E diuerſo ſi quos uidebat ſocorditer incedentes, & ad curſum cunctatiores, ad eorum extimulabat imitabile exemplum, qui legitimo curſu concertarent. Ouium porrò ſiqua à Mandræ ſeptis exiluiſſet, ſemotiúsue aberraſſet, hanc erraticam per ſolitudines ueſtigiatim requirebat, ſingula quæq; perluſtrans loca. Canore fiſtulæ & conſuetis cantillationibus reuocabat palabundam, nihilque non fa-

ciebat & patiebatur, tantisper dum dispalātem pristinæ instauraret saluti. Rursus à recto calle deflectentibus & collapsis manum exporrigebat auxiliarem, atque in humum deiectos surrigebat clementer: seueram uerò increpationem ac legitimam in eos solùm exerebat, qui essent in alios iniurij, ac præfracti, & præfidenter temerarij, quíque à disciplina & ordinis decoro se auocassent. Sícque eos qui à proximis uel iniuria quapiam afficiebantur, aut quorum facultates ui fraudéque fuerant interuersæ, ulciscebatur. Benignitatem interim erga eos qui deliquerant, quàm maximè retinebat, uniuersis pœnitentiæ fores adaperiens. Ad resipiscentes ultro pergebat obuius, ut Christi discipulus eosdem amabili cum osculo lætissimè complexurus. Immanitatem proinde præter humanum modum & insolentem arrogantiam il-

lius

lius inuasoris templi initio statim diuinæ prædicationis à sacrato Ecclesiæ *ambitu eliminauit ac proscripsit.* Id *contextus ipse orationis auditoribus luculenter exprimet uel leuiter attactus eorum commemoratione, quæ ausus est temerè aggredi* Demophilus. *Ad eam interim lectores remitto* Epistolam, *si qui rem condiscere absolutiùs uolent.* His *enim dilucida erunt quæ ad illum scripsit pastor sanequàm admirandus.* Demophilus *hic unus erat inter* Therapeutas *qui sub imperio censebantur esse eximij istius sacrorum initiatoris* Dionysii, *ex prouincia quæ* Atheniensium *agnoscebat* Imperium, *originem trahēs.* Impositione *consecratæ & initiatricis manus sanctissimi* Antistitis *fuerat hic ordini allectus* Therapeutarum. *Qui hunc profitentur ordinem,* Monachi *nuncupantur.* Illo *in tempore cum primis eiusmodi appellatione uocabantur, quòd in hoc es-*

Demophilum intelligit.

ἀκροθιγῶς ἁψάμενος.

Idem sentit Georgius Pachymeres in Epist. octauam.

ſent ordinati, ut ſacri adyti præeſſent foribus. Quum igitur hic tyranni ritu in proprium inuectus eſſet Presbyterum, in ipſa etiam templi adyta irrupit, quò neutiquam illi licuerat progredi, & eundem ſubmouit ab altari, éque choro ſacris operantium ingenti cum ignominia & conuitijs eiecit. Sacerdos enim tanquam Chriſti imitator quum quadantenus zelum exacuiſſet fuiſſétque indignatus aduerſus quendam, reſipiſcentem demum à peccatis, et ad pœnitentiæ ſinum confugientem ſuſcepit, quem Demophilus uelut impium, piacularem, ac facinoroſum quũ iudicaſſet, cæſum calcibus eliminauit templi aditu, confitentem alioqui ingenti cum pudore accedere ſe ad requirendam malorum ſuorum medelam, ac deprecantem, miſericordiam ut conſequeretur. Quodq; talem è templo prorſus extruſiſſet, uiſus eſt ſibi quiddam præclari operis confeciſſe,

cisse, cuius rei gratia insolescens, per literas refert quæ à se gesta essent, celeberrimo ac maximo pastori. Ad hunc summopere suspiciendus Antistes Epistolã illam transcripsit maximopere accommodam & utilem, & sapientiæ documentis differtã, ut quæ omnigenam uirtutem ac cuiusque ordinis tuẽdam disciplinam edoceat, per quam uelut insigni quapiam nota expressit inenarrabilem misericordiam erga nos benignissimi Domini nostri Iesu Christi, ídque cumprimis circa eos quos malè commissorum pœnitet. suam interim condolentiam diuinæ clementiæ æmulã subindicauit, inducta planè formidabili historia, quam uobis uisum est proponere ô præferuidi amatores auscultationis præcellentis glorie patris huius omni laude dignissimi. Ait itaque: Si uis, diuinã utique uisionẽ cõmemorabo sancti cuiuspiã uiri. Caue riseris: uera enim dicã. Quum olim appulissem

Ex Epistola ordine octaua.

Pachymeres hunc uult esse de quo apud Timoth. Paullus. c. 4. 2. epistolæ.

Cretæ, hospitio me sanctus excepit Carpus, uir, siquis alius, per multã mentis puritatem sanequàm accommodus & idoneus diuinæ contemplationi. Enimuero manus nunquam sanctorum mysteriorum consecrationi admouebat, nisi prius inter eas orationes quæ consecrationi anteeunt, sacra illi & beneuolentiæ index apparuisset uisio. Sanè is asseuerabat, quòd se aliquando contristasset infidelium quidam. Eius autem tristitiæ hæc erat causa, quoniam ille unum ab Ecclesia ad defectionem à Deo fraude perpulisset. Agebantur eo in loco adhuc dies qui hilarij dicuntur. Decorum benignitatis et clementiæ exigebat, ut pro utroque oraret, ac ope auxiliari à Deo Saluatore accepta, hunc quidẽ conuerteret, illũ uerò uinceret bonitate, nec interim conquiesceret ab utriusque admonitione per omnem uitam, tantisper dum dicitur Hodie: et ita conueniebat hos reuocare ad Dei

προτελείους εὐχάς.

αὐτοῦ, αὐτόθι.

Ad Heb. 3. c.

ad Dei cognitionem, ut iã quæ illis uenerant in controuersiam & disceptationem, deciderẽtur iudicio, ac legitima seueritate iustitiæ cogerentur ab ijs sibi temperare & resipiscere, quæ ausu temerario ac præter rationẽ designarant. Is intra semetipsum quum eatenus nihil eiusmodi passus fuisset: nescio quo tunc pacto haud mediocri in utrũque maleuolẽtia et amaritudine eius delicuit animus. Ad eum quidem modum affectus malè obdormiuit sopore depressus: erat enĩ uespera. κατέδαρθε Circa uerò noctis medium (Hæc enim illi inoleuerat solennis consuetudo, ut id tẽporis ipse à cæteris seorsim experrectus ac peruigil diuinos legeret hymnos) expergiscitur quidem ac surgit, quum soporis & parum commodi & perpetuò intercisi aliquantum percepißet à turba semotius: attamen stans ad diuinam collocutionem non admodum reuerenter ac piè discruciabatur

& iniquo ferebat animo negans esse iustum, si quidem uiri à Dei cultu alieni, quíque uias Dei rectas peruerterent, sinerentur uiuere. Hæc dicens precabatur Deum, ambobus inclementer ut semel eriperet fulmine aliquo uitam. Hæc ubi dixit, asseuerabat uisum sibi esse uidere priùs quidem domum illam in qua consistebat, repentino cieri motu, dein à tecti fastigio mediam in duas diffindi partes, corámque se pyram quandã copioso deflagrantem lumine: & hanc è cælesti regione ad se usque deferri: quare deinceps locus ei uidebatur subdialis, et ad aerẽ expositus. Ipsum porrò cælum adaperiri cernebat, & in eius uertice considentem Iesum innumeris ei assistentibus angelis humanam præferentibus speciem. Hæc quidem supernè oculos intendentem, uidisse se ingenti cum admiratione, asseuerabat Carpus. Idem ubi oculos in inferiora deiecit, solum ipsum refert uidisse se

diffissum

diffissum ad imaginem hiulcæ cuiusdam & uastißimæ uoraginis, ac tenebris adopertũ. Et quidem uiros illos quos diris imprecationibus deuouerat, contuebatur ante se cõsistere ad os horrendæ illius uoraginis tremulos ac miserabiles, pedũq; suorũ lubrica ĩstabilitate tãtũ nõ collapsuros. Ab ima autẽ uoraginis parte serpentes uidebat sursum uersus erepere, qui circa pedes nutantes, ac se propemodum emouentes loco, nonnunquã se in spiram gyrúmue colligebant uolutantes se simul & degrauantes atque pertrahentes: interdum autem dentibus & caudis pũctim propè auellentes atque irritantes nullo non momento moliebantur uiros illos in horrendum specu præcipitare. Fuisse autem & uiros in medio quosdam qui unà cum serpentibus aduersum hos consistentes exagitabant, impellebant ac pulsabant. Iámque illi uidebantur collapsuri, partim inuiti, par-

tim uoluntarij, tanto mali impendẽtis discrimine adacti simul & persuasi. Dicebat item Carpus *se delectatum hac inferiori uisione, neglecto superiore spectaculo.* Indignè admodum *nec æquo ferebat animo, quòd non iam essent collapsi.* Quúmque *in id animo crebriùs cõspirasset, nec euaderet uoti compos: angebatur animo, & iisdem malè precabatur.* Vix *tandem oculis in sublime reflexis, cælum ut priùs, uidit: sed &* Iesum *eius quod fiebat, misertum, ac proinde ab augustißimo & cælesti* Throno *exurgentem, ad illos usque descendere, & benignißimam* exporrigere *manum:* Angelos *insuper cum eo unà uiros assumentes aliunde alium, ac retinere adnitentes:* Iesúmque *dixisse* Carpo, *manu adhuc exporrecta :* Iam *me ferito. sum etenim paratus, ut rursus patiar procurandæ salutis hominum gratia.* Hoc *enim mihi perquàm amabile est & per-*

gratum,

gratum, modò ne cæteri peccent homines. Veruntamen ipse uideto, tibíne conueniat abyssalis huiusce uoraginis mansionem unà cum serpentibus permutando anteponere illi quæ Deo *communis est cum probæ uitæ hominibus, simul & clementissimis angelis?* Hæc *sunt, quæ audita ipse credo uera esse. Sanè ipsi (sat scio) demirati prorsus estis & uenerati* Antistitis *huius* Deo *digni animum erga hominem suæ gentis condolentem ac beneuolum, nihilo secius ac suspicimus summam erga nos clemētiā uerè boni et augustissimi pōtificis* Chri*sti, hac uos admiratione persuasi digna* Dei *uisione. Quin & id quod reliquum est, multò uos maiore perstringet admiratione, simul atq; inaudieritis huius beati apostolicos agones, excursus uarios, donaq; gratiæ multiplicis, quorū radiātissimo splēdore cohonestatus toto orbe terrarū celeberrim⁹ effulsit.*

Neq; enim is Atheniensiũ modò pastor erat et doctor, sed et pastorũ pastor, et doctor doctorũ. Arbiter quoq; selectissimus, et cõsultissim⁹ legifer. Curriculũ ipse suũ haudquaquã siuit circũscribi Graeciae unius confinijs, sed et adusq; Illyricũ protẽdit, similis ut enitesceret suo praeceptori et in sacris initiatori Paulo. Apostolica enim gratia, ac uirtute signorũ efficaci acceptus, ad formulã apostolicae uitae pernici excursu loca plustrabat õnia pinde ac uolucris quaepiam esset. Euangeliũ uerissimae praedicabat uitae apostolicis sagenis & expassis retibus omnigenis uiuã praedam capturus, eámque in foelicissimam captiuitatem abducturus ex ignorantiae penitissima abysso ad clarissimam lucem ueritatis, eos nempe quos diutini erroris densissima caligo immani tyrannide detinuerat. Nã quòd perinde ac Doctor & eximius quidam apostolus à caeteris alius multimodam ad-

πανάγροις λίνοις.

mo-

monitionem praeceptiuam ac mysticam doctrinam ijs impertiuerit, quibus per diuersas regiones insulasque concredita erat Ecclesiarum praefectura, ac munus erudiendi populos, perspicuè declarāt quae ad illos modis omnibus sacratißimos Antistites Ephesiorum, *Smyrnaeorum &* Cretensium, *& qui ab ipsis sanctißimae* Ecclesiae *fundamentis, ab* Apostolis *dico, in* Episcopos *praeordinati sunt, ad* Timotheum *uidelicet,* Polycarpum, *&* Titum, *deprompta sunt atque edita dogmata, doctrinae mysticae, & constitutiones.* Quòd *uerò cursum absoluerit apostolicum, ac suspiciendis operum signis diuinitus editis euaserit celeberrimus, multa quidem & alia faciēt fidem, per quae orationis progressus uice testium subnectens martyrij agones (quos exantlauit constantißimè) ad finem usque prosequetur.* Omnium *maximè sublimem reddidit, quae cum ab occiduae plagae* *Habes sub finem c. 3. de Diuinis nominibus.*

finibus abripuit nubes, et per sublimẽ æthera trãsuexit, ac proinde aeriuagũ ceu summos illos Deiuidos & Theologos Apostolos repẽtè abduxit aliũ aliũde ab extremis terræ terminis ad augustißimã Hierusalẽ, cõmunem Christianorũ omniũ matrem: atque adeò in summa diuinorum mysteriorum arce Siõ q̃ Ecclesiarũ mater est, reliquis consæruit & adunauit discipulis, quo tẽpore sanctißimæ Dei matris reliquias curauit ĩ uenerabili cõditorio reponẽdas. Reliquias dico Deiuerbi aduẽtu et inhabitatione cohonestatas, q̃ ex eiusdẽ purißimo sanguine modo ineffabili carnẽ sibi uniuit, natúsq; est. Reliquias inquã frequẽti exercitu angelorũ toto progredientiũ cælo stipatas ac tutas, éque specula Sionis in uallem Gesemani (ubi templum fastigio cæli æmulum consecratum illi est) eximijs apostolorum capitibus atque ulnis tralatas, hymnis præterea celebratas et glorificatas

In arce Sion sacramenta Christus instituit.

Hyperbole.

glorificatas linguis aura Spiritus Sancti afflatis, ignísque speciem præferentibus, ac maximè Theologicis. E *quo quidem delubro simul atque in monumento condita est et deposita, incolumis prorsus suóq; restituta corpori in cælestem assumpta est requiē, ac uirtutū omnium choris prælata cælestibus, denique & dominio totius inaugurata creaturæ.* V*erùm præstiterit hunc sacramentorum dei interpretem inaudire sua uerba sonantē, quandò alter non comperietur testis hoc uno fide dignior, qui de illo testetur cōuentu adunato, angelis sanequàm decenter ministrātibus, de illo inquam choro ipsis æquando angelis, ac medias cursu intersecante nubes:* ὁλόκληρον.

Atqui scitè admodum nec minus accuratè hoc nobis obseruatum est, ut quæ eximius ille præceptor dilucida enarratione digessit, his nullo unquam pacto manū admoliremur, ueu eadem aliquando inculcaremus ad eius *Ex cap. 3. diui. nom.*

ſacri eloquij elucidationem, quod ipſe prior in medium propoſuiſſet. Etenim apud ipſos numine afflatos Pontifices *noſtros, quando nos quoque (ut noſti) ac plerique ex ſanctis fratribus noſtris ad cõtuendum corpus quod principem authorémque uitæ ac* Deum *ſuſceperat, conueniſſemus (aderat ſanè* et *Domini frater* Iacobus, *et* Petrus *utique uertex atque culmen* Theologorum *cum primis uenerabile): ſimul atque contuiti id ſumus, uiſum eſt ut ipſi pontifices uniuerſi pro cuiuſque captu hymnis celebrarent bonitatem* Thearchicæ *infirmitatis infinitè potẽtẽ.* Ille *(ut ſcis) ſecũdum* Theologos, *inter ſacrorum rituũ præſides omnes, primas tenebat, totus excedens, totus per ecſtaticam contemplationem à ſe deficiens, & hymnorum quos depromebat, participeps.* Is *etiam à quibus audiebatur & uidebatur, ſiue agnoſceretur, ſiue minùs, omnium ore cõſono eſt iudicatus*

Ille Iacobus Domini frater.

ὅλος ἐξιστάμενος ἑαυτοῦ.

eſſe

esse Spiritu Dei *maximè afflatus, ac hymnorū eloquiorúmue* Dei *laudator longè eximius.* Ec*quid attinet, tibi ut cōmemorē q̄ ibi* T*heologico dicendi charactêre edisserta sunt?* N*isi enim mei sim oblitus, scio me nec rarò abs te exaudisse partem bonā eiusmodi laudationum à numinis aspiratione profectarum.* H*uic sanè sermoni nemo, o amabiles uiri, fidē q̄ detraxerit, is modò secum reputauerit & ad mentem eos reuocarit qui cum* Cornelio *erant* . N*am & illi haud secus igniformi gratia* S*anctissimi* S*piritus impleti sunt, atque* P*etrus ipse,* I*oannes, &* I*acobus: similiter linguis loquebantur, & in consortium uenerunt uirtutis illius prodigiorum operatoriæ & efficacis.* Q*uo enim aliàs pacto isti à se quaquauersum disparati, & alius aliò uelut sortitò destinati ad moderandam sibi concreditam parœciam, & ad obeundam functionem* A*po-*

θεόληπτος καὶ θεῖος ὑμνολόγος.

Act. 10.

παροικίαν ἰθύνειν καὶ ἀποστολὴν ἐκτελεῖν.

stolicæ prædicationis, sic repentè ac penè temporis momento in unum conuenissent: nisi opere ipso dignos se exhibuissēt curru pellucidæ nubis instar ac planè diuino? His adde, quia quotquot initio salutiferæ prædicationis ad complexum ueræ fidei accedebant, ac diuina luce perfundebantur sacri baptismatis: his genera linguarum, curationum dona, ac multigenûm uirtutum operatoria uis opulenter admodū ab eo distribuebantur Spiritu, qui admiranda hæc dona & præter naturæ totius ordinem cōferre solet, quique fons est & origo boni omnis. Quanto magis eximij huius & apostolici Dionysii sectatoribus ac discipulis? At certè ipsius athletici martyrij sacra tuba quæ clāgorem suum non intēpestiuè edidit, adhortatur nos ut diuinos illius aggrediamur agones, & solerter expendamus: orationémque transcribit ad encomiasticam eorum enarrationem, quæ cum

summa

summa laude ac celebritate gessit. Cæterùm priùs q̃ limẽ ingrediamur, stadiũ'ue in quo agones desudauit martyrij: nosse oportet auditoriũ hoc audiẽdi cupiẽtissimũ, quoniã nos celeberrimi istius ac Deiloqui cõcionatoris et sacrati martyris libros secuti numinis afflatu cõscriptos, beatũ eius certamẽ deprehẽdim⁹ cõtigisse sub exitũ imperij Traiani. Capite enĩ quarto eius operis cui inscriptio est de diuinis nominib. (quò loci insigne cognomentũ Amoris prosequitur laudibus) ita dicit: Quin etiam nonnullis Theologorum nostrorũ placuit, amoris nomen q̃ dilectionis multò esse diuinius. Ignatius enĩ uir ille eximius scribit, quia amor meus crucifixus est. Hic enim deifer Ignatius Romanis per epistolam, sententiam hanc scripsit pro martyrij palma Romæ decertaturus, et leonibus iussu Imperatoris Traiani ꝓponẽd⁹ ĩ pabulũ circa nonũ imperij ipsius annũ excitata in piẽ-

Agon extremus Dionysii Areop. sub Traiano.

Ex. 11. Epist. Ignatij

tißimos Christiani nominis persecutione. Per hoc itaque iuxta mihi præinductum sermonem colliquescit hunc sacri eloquij interpretem Dionysium perfunctum esse agone Martyrij sub exitum imperij persecutoris istius. Proinde ad Tonitrui filium, qui eminẽtißimè & supra intellectum omnem mortalium exornatus, supráque humanum modum perpolitus intonuit, ac Theologica sapientia præfulsit, ad Ioannem dico ter beatißimum scribens in Insulam Patmon relegatum Domitiani edicto, illius qui à fratre suo Tito continenter imperio potitus (erant enim hi ambo Vespasiani filij) circa postremum imperij sui annum aduersus fideles efferatus rabie est, ad hunc modum loquitur Dionysius prophetico spiritu præsagiens, & propheticæ particeps gratiæ: Nos autem nulla aduersitas priuabit lucidißimo Ioannis radio, id quidem nunc consecuturos memo-

Tito successit Domitianus frater.

ria

ria & renouatione tuæ uerißimæ Theologiæ. Post *paululum uerò (dicam enim, & si id uideri poßit dictu audacius) uobis mutua unione connectemur.* Prorsus *ipse dignus efficiar, cui fides habeatur: si, quæ & tibi sunt præcognita, quæ & didici reuelante* Deo, *hæc & loquar, quòd ex* Patmi *custodia dimittendus sis, & in* Asiaticã *terram reuersurus: illícque perages imitationes boni* Dei, *quas & tuis trades posteris.* Domitiano *itaque non ita multò pòst exuto hominem iuxta præsagium admirandi istius patris & apostolicis & propheticis illustrati donis, excepto mox* Imperio Nerua *undelibet in exiliũ actos reuocauit.* T*unc sanè* Euangelistarum *eximius uelut postliminio ad* Ephesiorum *inclytam* Metropolin *se recepit, & hunc exitum sortita est* Dionysii *prædictio.* Nerua *proinde cum è uita emigrasset, simul atque obtinuit habenas* Romani *principatus annũ*

Nerua.

Neruæ successit Traianus.

unum, ad Traianum *tyrannum ius transiit* Imperij, *qui ob creberrimè partas victorias aduersus* Scythas, Thraces *ac diuersas & quàm plurimas* Gentes, *nimisquàm insolescens, cum nihili duceret se* Romani *compotem esse* Imperij, *ni priùs* Ecclesiam *omnem* Christianorum *cum primis religiosam culturæ* Dæmonum *& execrandæ statuarum substrauisset adorationi, atrocissimam excitauit persecutionem, terrámque omnem* Romano *tributariam* Imperio, *sanguine madefecit & inebriauit martyrum, amandatis quoquouersum cruentissimis persecutoribus, proposito illis edicto, quo* Christianos *omnes inclementer uique adigerent ad* Idolorum *sacrificia: sin, immorigeros nec dicto audientes omnigena tormentorum specie excruciatos dederent neci.* Beatus *igitur ídque ter ac sæpenumerò dicendus* Dionysius, *quum ad annos usque septuaginta, tempus excurrisset per*

ὅτι πλείστων ἐθνῶν.

Aggressio agonis & Martyrij. Pro fide annos 70.

per innumeras exprobrationum, tentationũ, bellorũ & uitæ discriminum procellas, nõnunquam ab sui generis & religionis hominibus, à collactaneis & familiaribus philosophis, uerius dixerim ab insipientibus ac stultis, & aduersus tantam colluuiẽ barbarorum ac Gentilium Idololatriæ *cultura uesanientium, aduersus item exlegũ & infensissimorum* Christianis Hebræorum *immanissimam dispersionem, aciẽ instruxisset, essetq; emensus duplex curriculũ quod &* Paulus *ille numerosis agonibus insignis luctator & emensor cæli currẽdo absoluit, quatenus sanè ad moram attinet, temporisue prorogationem, & innumeræ multitudinis populos per signa & prodigia cooperante efficaciter* Sanctissimo Spiritu *edita, ad fidem euerriculasset, inq;* Christi *sagenam pertraxisset, atque eiusmodi cursum planè reciprocũ persecutionis primæ ut longissimum, ita & dif-*

decertauit Dionysius Areop.

ficillimum traiecisset, quem inter Ecclesiæ *persecutores primus & idem omniũ qui unquã imperio sunt inaugurati, flagitiosissimus atq; cõtaminatissimus.* Nero *aduersus* Christiani *nominis* Ecclesiã *exciuit.* Idẽ *è medio sustulit discipulorũ* Christi *coryphæos. Secũdum hũc, easdem rursus procellas aduersum fideles reuexit uesanientis* Domitiani *furor.* Et *has quum hic beatus generoso ac uirili pectore & per omnia inclaruisset spectata eius probitas, gloriam reportauit nulli non cognobilem ac decantatam: qua ex re contigit, ut pennata ac uolatilis fama quaquauersum excurrens, celeberrimam uiri nomẽclaturam ad aures usque* Traiani *longè asperrimas stridulo sono perferret, tonitrui in morem renuntians* Apostolicum *hunc uirum, quem unum toto terrarum orbe ac præpete cursu persequebatur.* Et *quidem multorum sudore, labore ac uirtute* * *quæ uim exeruit*

Petrũ cruce, Paulũ gladio.

* deest hic quiddam.

suam

ſuam opere ſimul & ſermone, per quæ diuina cum primis fides & ſalutaris prædicata unà cum ſignis & portentis ab ipſo mirabilem in modum efficaciter editis conſtabiliebatur ac latiſſimè propagabatur. Sicq; Gentilium ſuperſtitio & cultura Idololatriæ *in ſugillationem & uituperium prorſus apud omnes ueniebat ac diſſoluebatur: ob quæ tyrannus nimiſquàm turbulenter affectus & furiata percitus mente quoſdam feræ ritu immanes, qui illos per feritatē, inclemētiā et crudelitatē inſignes* Phalarin *et* Echetū *exuperabant malignitate ingenij, hos à ſe amandauit in partes* Solis *occidui, ut hunc* Dei *præconem perueſtigarent ac perſequerentur: quem ſicubi nanciſcerentur, imperialibus quidem decretis obſecundantem, ac ſuſtinentem latriam atq; hoſtias offerre* Dæ*monibus, honorario munere exornarent, & in* Prætorianum *proueherent militem:*

Phalaris Agrigētinorum, & Echetus Epirotarum cognobiles tyranni.

contrà, minùs parentem iussis, eodem in loco plecterent acie gladij. Diaboli *igitur famuli hisce tyrannicis & plusquàm impijs extimulati mandatis, nihilo secius atque infrenes equi œstro quopiam perciti, aut feræ acri inedia exagitatæ ad captandam prædam, festino excursu ad* Gallicam *contendebant regionem. Cùm autem ex ea gente ad excitandam factionem solicitassent quosdam è promiscua plebe, gregarios quidem illos unà cũ carnificibus, cœperunt accuratiore studio perquirere hunc celeberrimum diuini* Verbi *interpretem.* Mox *ut persecutoribus indicatum est esse eum* Paresiæ, *quæ ciuitatula sic uocabatur. Quò cùm inscensis equis cursu concito pertigissent, ibi eum apprehenderunt exigentem è loco impostorem illum* Idololatriæ *omnis authorem, tetrámque eius caliginem prædicatione ueritatis ac splendore diuinitus irradiantis doctrinæ, operatione*

ἐν τῇ παρρησίᾳ πολίχνῃ.

insuper

insuper miraculorum sanequàm stupenda ac prodigiosa. Oculi enim cæcorum uisum recipiebant, adaperiebantur surdorum aures, linguæ balborum reddebantur disertissimæ ac planæ, claudorum bases consolidabãtur, & quotquot uario morborum genere laborabant, ad omnipotentis Christi Saluatoris inuocationem per hunc maximopere admirabilem famulum eius qui solus facit mirabilia, liberrimæ restituebantur sanitati. Desidentes in ignorantiæ tenebris accibat ad splendidissimam lucem scientiæ ac salutis. Sanè per hæc inualescebat augebatúrque fidelium multitudo. Templa Deo erigebantur per Galliam & Germaniam, effusissimã illam & latissimè patentem prouinciam: superstitiosorũ uerò imminuebatur numerus, Idolorúmque loculamenta seu capsulæ in humum deturbabantur. Inf.nsissimi hostis Belial potentatus ac ueteratoria fraus procul-

cabãtur, inque morem publici triumphi traducebantur. Quare is non ferens miser suam illam uidere dissolui pristinam potentiam, quos eatenus habebat sibi obsequẽtes, suæq; malignitatis administros, aduersus sanctum emisit suæ euersorem potestatis, ac palàm de impuro triumphãtem, & omni dedecore aspergentem. Horum nõnulli Dionysium furiarum in morem corripuerunt unà cum sanctißimis eius discipulis ac filijs spiritualibus Rustico & Eleutherio, quorum quidem illũ sacris ut operaretur, in sacerdotem: hunc uerò in Diaconum consecrauit. Ambo enim cũ hoc suo præceptore & institutore communẽ decertabant agonem, inque eodem contendebant curriculo, quemadmodum priùs cum Paulo uniuersi terrarum orbis splendidißimo luminari Siluanus & Timotheus. Illi proinde quum pro tyrannico tribunali consedissent, inque sanctos Dracontino aspectu inten-

Dionysii cum Rustico & Eleutherio supremus ἀγών.

Rusticum ἱερουργὸν, Eleutherium λειτουργὸν.

intendissent pressiùs, & cum frendore rugitúue inclamassent Leonino, *beatũ hisce uerbis interrogabant:* T*úne ille tandem es suspiriose senex, qui negare sis ausus dijs nostris cultum deberi ac reuerentiam?* T*u qui artis magicæ incantamentis & uolubilitate uersatilis eloquentiæ, præstigiarúmque ludificationibus, populis persuades, nullam ut* D*ijs latriam exhibeant?* I*nuictis* I*mperatoribus téne unum audes opponere, illorũ decretis uim detrahẽs ac robur?* C*uius tu cliẽtelæ ascriptitius, & cuiatis demum culturæ es?* Q*uem ex professo prædicas* D*eum?* B*eatus contrà nullo perculsus terrore, istorum præfractam ac præfidentem arrogantiam interrito & præsenti animo eludebat, dicẽs:* I*s planè sum ego, qui uestram in* D*eum impietatem demolior.* E*go, qui execrandã* I*dolorum abominationem dissoluo.* E*go, qui* G*ẽtilium errores, quotquot sunt usquam, tra-*

Tyrannorum ἐρώτησις.

ἀπόκρισις Dion. testimoniũ redd ẽtu Christo & Patri.

duco ac ſugillo nota perpetis infamiæ, uirtute confirmatus Chriſti *unigeniti filij* Dei, *cui meipſum conſecraui in ſeruum, cui exhibeo & latriam in meo ſpiritu, qui ante ſecula quidem omnia ex* Patre *genitus eſt prorſus citra ullam affectionis aut temporis uicariam permutationem, in fine porrò ſeculorum idem ſine ulla ſeminis aut uitiatæ corruptionis permiſtione & carnem aſſumpſit & natus eſt ex* Maria *uirgine homo per omnia noſtræ conſors naturæ dictus abſque ullius ſorde peccati*. Idē *cruce ſua ac morte,* Diaboli *robur atque imperium exinaniuit, ipſámque mortificauit mortem*. Is *quum ad tartaream uſque domū eius quem ſpoliarat, deſcendiſſet, diſcußis illinc tenebris ac ſolutis, à triduana ſua reſurrectione rediuiuus, radiantißimam mundo reuexit lucem, uitámque & immortalitatem in ſuos exundāti ſcaturigine effudit*. Hic Deum *colere unum*

nos

nos edocuit tribus ſubſiſtẽtẽ perſonis, diſcretis quidem, ſed inconfuſè, nimirum Patre, filio & Spiritu Sancto, unus ipſe exiſtens increatæ trinitatis, cõſempiternus, coæternus & conſubſtantialis Patri et Spiritui Sancto. Hunc prædicamus uerum eſſe Deum. Hanc uobis ſynceram & inculpatam annuntiamus Chriſtianorum fidem. Pro tuenda hac fidè nihil dubitamus omnia adire mortis diſcrimina. Non ignem ueremur, non gladium, non efferatarum ferociam beluarum, nõ demum qualemcunque tormẽtorum ſpeciem ueſtropte ingenio excogitatam formidamus. Tyranni igitur, iſtius fortiſſimi ſenis ac multiſcij tanta perculſi magnanimitate, minarum quidem argumenta ſpirantes, rituque furiarum ueſanientes, ſancto dixerunt, eiúſque concertatoribus ac diſcipulis: A uobis ergo Imperatorum noſtrorum et principũ decreta habentur deſpicatui atque mandata? Apud

Att: Dionyſij: heroicã fortitudinem & pectus inuictum.

uos euiluit honos et maiestas insuperabilium Deorum *nostrorum*? Contra hæc eximius Pontifex *tum sermone tum opere in eo martyrij cõflictu prædux, rursum tantò respondebat confidentius*: Vos *toti, uniuersa &* Imperatoris *uestri et principũ eius impietas, unà cum mandato ipsius aduersus* Deum *militante, malè pereant*. *Ipsi* Dij, *qui nõ cælum nec terram fecerunt, ut flaccidi et imbelles, ut infœlices ac uani*, Dij *inquam uestri ut modis omnibus execrandi, nec digni quorum ulla ineatur ratio, dispereant*. Dæmonia *enim sunt, et commentitia quædam figmenta ingenio planè excogitata pessimi ac ueteratoris* Genij, *solerti tantùm manus humanæ articulo affabrè facta ac detornata*. *Similes itaque istis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis*. Muti *sunt ac surdi, cæci, sensus omnis prorsus expertes*. Nos *enim* Christum *agnoscimus ut uniuersorum uerissimè*

ſimè exiſtentem Deum atque opificem, qui omnium prouidentiſſimam gerit curam, uitámque ſubminiſtrat. Ipſum ſolum colimus, reueremur ac prædicamus. In hunc ſpes noſtras reclinamus. In ipſius gratiam, flagrāti deſiderio expetimus mortem oppetere, ita nos ipſos reputātes ſupplere uicē ſacrificiorum ac uictimarum: & proinde ad eiuſmodi cædem feſtino gradu cōtendētes, nimiſquàm exultamus & gloriamur, quippe qui certiſſima fide credimus nos ad uitā inſtaurandos, ac reſurrecturos, & conditione uiuendi perfruituros tantò hac potiore fœlicioréque, ut quæ æternùm duratura ſit: coronis inſuper cohoneſtandos nulli obnoxijs corruptelæ. E diuerſo qui ueſtrum ſequuti exemplum noluerint in Chriſtum credere, ſed diuinam eius maieſtatem, uerúmque & æternum nec ullo unquam intercipiendum fini regnum ipſius aſpernantur, quique illius

Dionyſio mors in Chriſti gratiam uotiua.

famulos inclementer dedunt neci: hos spectabimus igni æterno ac supplicijs tradi incurabilibus, nec unquàm desituris. Hisce uerbis exasperati illi nullo nõ genere flagitiorũ cõtaminatissimi persecutores, & in deũ impietate maximè insignes, ira simul ac furore oppleti, cũ aliquãdiu stridulo dẽtiũ frendore infremuissent, suisque thecis exertassent gladios ac distrinxissent, Dei *præcone beatissimo alacriter collum protendente, diuinum illi ac sanctissimum caput desecuerunt: cui & successit indiuiduum illud comitum par, qui in eodem & cursus stadio & agone concertarunt nihilo secius atque suam illi commodarant operam uerbum* Dei *serendo in populos.* Nam *& horum alterius post alterum præciderunt ceruîcem, cùm uterque alteri ut anteuerteret, contendissent progressuri in stadiũ agonis istius multò fœlicissimi martyrij, et cõsecrãdi* Deo *capitis.* Ex*prõpto enim*

B. Dionysio desecatur caput.

enim et alacri animo obijciebāt decoras cer-
uices, eásq; opponebāt excipiēdo ensis uulne-
ri: ut ne uitæ mortalis ac spiniferæ desiderio, [τῇ ἐπικήρῳ
suo institutore ac sacratissimo Antistite uide- καὶ ἀκαν-
ri usquequaq; possent fuisse cūctatiores, sed θοφόρῳ
nulla interuallari mora, eundémq; in modū βιοτῇ.]
quo doctor et apud Deū sequester Dionysius
excesserat, ita & ipsi ad munerarium præsi-
dē atq; arbitrū sui agonis simul emigrarent,
queēadmodū & unà cū patre decertādo ago-
nes strenuè obiuerāt, ut & coronarū earun-
dē ac præmiorū promererētur esse partici-
pes. Quo enim pacto hi quū essent præclarè
instituti, multísque adeò spiritualis palæstræ
exercitijs se priùs multifariā exercuissent,
& erga Christū diuino flagrarēt amore: per
quæ omnia didicerāt non parcere corpori, nō
item animæ, ut uel solo Christo oblectare se
ac perfrui mererētur, q nihil obscurè digno-
scitur lignū esse uitæ: Quo inquā modo nō hi

eſſent imitati ſui gymnaſtæ ac doctoris propenſiſsimam alacritatē ad martyrij palmam ultro prouolantis? Vt enim unus aliquis lōgè præſtātiſsimus militū prætor aut dux in frōte pugnās exercitus ſui, cōmilitonibus addit animos, adhortánſque martem ut accendant claſsico, primus interim ipſe cum hoſtili congreditur exercitu: itidem & hic diuinorum dogmatum peritia conſultiſsimus ſenex (ad extremam enim, ſed & uberem pertigerat ſenectam) cùm ad beatiſsimam cædem pro Chriſto obeundam proſiluiſſet, palmaris uictoriæ reportauit coronas. Sed & ſuauiſſimos filios ſe ùt ſequerentur, priùs inſtruxerat: atque mortem modis omnibus fœliciſſimam, nimirum ſuæ aſsimilem, nihil inuitè complecterentur & eligerent. Quis ſanè hūc ſatis ſuſpiciat, aut pro dignitate miretur, qui annis ſeptuagīta per apoſtolicæ perfectionis ſemitam inceſsit, Saluatorem Chriſtum celebri

Margin notes: *Elegans* ὁμοίωσις. (beside "ultro prouolantis …"); ἔτεσι ἑβδομήκοντα. (beside "annis ſeptuagīta …")

lebri prædicatione palã est professus, generosum prorsus & incorruptũ salutaris uerbi semẽ tam multis inspersit aruis planè rationalibus, spicam demessuit præfertilem ac numerosam, denique fructus sanequàm legitimos ac precij ingentis in sacris condidit apothécis? Quis hunc, quantum par est ut laudetur, queat meritis laudibus attollere, qui tanto temporis interstitio quum se quàm optimè gessisset ad Euangelicæ institutionis formulam, intermedius licet tyrannorum Christo infensissimorũ, ac populorum quouis leone aut lupo ferociùs reclamantium, uictor tandem est declaratus? Quæ lingua narrando æquare sufficiat amabilia uirtutum officia istius beati, agonésque huic strenuè desudatos, quorum contemplatione, terræ quidem tribus stupore & admiratione perculsæ sunt, cælorum autem ordines eundem in cælitum album retulerunt, at Chri-

stus uniuersorũ Rex, *ac præmiorum distributor, dignum uictoriæ præconijs comprobauit? Quódque sit præclarè perfunctus officio, ac legitimè decertarit: digna pensatione, nimirum splendidißimis redimiuit coronis. O sanctum & admirabile caput, quod pro uerißima erga Christum charitate desectum est. O uerticem modis omnibus sacratißimum, qui plurimorum conscius & capax fuit, maximéque diuinorum & ineffabilium sacramentorum, quorum hic fuit incapax mundus, qui tuendæ gratia prædicationis innumeros & eosdem longissimos decertauit agones. O inquam uerticem, qui supremi cæli municipum ordines decenti uarietate distinctos ingredi promeruit, & ea intelligere atque eloqui, quæ omnem transcendunt sermonem atque intellectum. O cum primis diuinam & admirabilem animam illam, quæ choro stipata*

pata

pata angelico in cælorum usque apsidas sublimiter euolauit, quam honoratissimè ad totius gloriæ Dominum *coronarumque largitorem* Iesum, *ascendentem, celebriumque laborum authoramenta relaturam unaquæque cælestium uirtutũ laudibus prosequuta est, multo cum honore suspiciens eius in certando strenuitatem, quam decẽti imbuit & impleuit angelorum præconio, quam ipsorũ spirituum communis laudator aspirante numinis aura, & harmoniæ totius concentu circumplaudẽte, suo coaptauit ordini, quam superior illa* Hierusalem *patentibus portis & expassis undique finibus excepit, quam* Ecclesia *primitiuorum in cælis descriptorum circumplexa est, quam spiritus & animæ iustorum sanctorum & corde humilium, exceperunt, ut quæ uitam hîc instituerat suam in iustitia & sanctitate, in modestia, & erga* Deum *amabili zelo, quæ ad*

ſanguinis uſque effuſionem nihil addubitauit ſumma cum libertate profiteri fidem, pro cuius tutelari protectione tot adeò modis quum decertaſſet, caſtiſsimis eius ulnis aſtricta eſt. Huius animæ gratia decenter admodum gloriatus eſt ſelectiſsimus apoſtolorum chorus. Ob hãc magnopere gauiſus eſt Prophetarum cœtus. Quã cum ſolennis martyrũ conuentus athleticis ſanè præmijs interſtinctus, & Regali circumamictus purpura, quæ quidem proprijs agonibus pertexta eſt roſeóque imbuta cruore. Beata igitur ea ciuitas prædicanda uenit, quæ penes ſe ſepoſuit & condidit caput hoc tuum immarceſcibili à Deo redimitũ corona, ac proinde modis omnibus reuerendum, ſimul & præcipui honoris tui corporis reliquias, eorũmq; quos quaſi hoſtias irrepræhenſibiles & incenſum ſuauiſsimè fragrans Deo obtulit, nempe condiſcipulorum. O Dei præconum, Pontificum pari-

Tranſitus ad ἐγκώμιον Pareſiæ, nunc Pariſiorũ urbis

*pariter & Martyrum præstantissime.** Et uestro hoc sacro cruore purpuratam.* E quibus medicamen quoddam ac fontium perennes scatebræ profluunt his qui ad complexũ profugiunt fidei, suísque curãdis morbis deposcunt medelam. Quanta beatitudine locupletata est* Parisiorum *ciuitas, amplitudine licet cæteris per* Galliam *minor: ex quo tamen uelut sortitò te poßidere promeruit ô* Doctorum *eximie, thesaurum sensili omni opulẽtia tantò preciosiorem, patronum item ac tutelaris custodiæ principem, illustrior multo ac beatior prædicata est. Tu ipse sanctificatio efficeris ciuium pariter & undelibet aduenientium congregationem Christi amantium expurgans. Tu spiritualis fœlicitas atque opulentia. Tu delicias suggeris, non quibus uasta corporis moles adolescat, quæ'ue paulumper fauces edulcent, et eædem ocyus depereãt ac intercipiantur,*

*Quæ sic * signatur sententia, in absoluta est in exẽplari.*

παρρησία.

Dionysius Parisiensiũ ἁγιασμὸς.

quas terra maréque proferunt, ſinus putà
κόλπος ἄ-φεις. *Iephius fluuius piſcifer & altiſsimi fluen-*
ti, qui uario circumfluit ambitu ac circun-
ſtrepit cum exæſtuantibus pelagi Niliaci
Dion. τεῖχος ὀχυρώτατον. *fluentis decertans. Tu murus illi oppo-*
neris ſanè munitiſsimus, neutiquam tem-
poris fluxu deciduis, politis, ſelectis ue
lapidibus ad cementarij normam aptè con-
quadratus et exædificatus, aut propugna-
culis, turribus & faſtigiatis ſuffultus pin-
naculis, ut ſit perinde ac uallum quoddam
ferreum: ſed tua tuorumque concertato-
rum conſecratione fundatus, ueſtriſque de-
coris & apprimè apud Deum gratioſis in-
terpellationibus turrium uice circumual-
latus, quo quidem interuentu ueſtro ignis è
cælo elici poſsit ac demitti ad internecionem
uſque conſumpturus et exciſurus Pentecon-
tarchos, Centuriones & Chiliarchos im-
pietate in Deum inſignes unà cum ſuis gẽtis
bar-

barbaricæ exercitibus. Tu portus in commune proponeris eos suscipiens et ad salutem prouehẽs, qui ad te è naufraga et inundanti seculi istius fluctuatione se recipiunt & appellunt, omnimodam abarcens ac propulsans incurrentem rerum uarietatem. Tu uernantissimum & spirituale pratum, quasi Paradisus in Eden, in qua sacratissimum, tibíque peculiariter dicatum consitum est nemus, nullum non genus peramœnæ oblectationis suggerens recreandis animabus fidelium, mensámque proponens in commune omnigenis spiritualibus epulis differtam, quæ famelicas animas lautissimis exatiet edulijs, & eas faciat reuirescere, eisdem uitam concilians immortalem. Parisiis igitur perinde ac in altari planè cælesti, diuino & spirituali perstas, eorum intermedius qui tecum unà immortalibus donati sunt coronis. Mundo huic uniuerso fac cõcilies & propitium red-

Dion. λιμὴν σωτήριος.

Dion. λειμὼν νοητός. Eden, uoluptas, delicia.

συγχωρία.

Supplicatio.

das exorabile ac benignum numen Iesu Dei *ueri*, Pontificis, *coronarúmque exhibitoris, qui idem totius author est ac largitor bonitatis: quem dilexisti, quem prædicasti, ob cuius gratiam desecta tibi ceruice, purpuream merito tuo recepisti martyrij coronam.* Eos *porrò qui ad tuam hanc nunc temporis solennem ac sacram confluxerunt celeberitatem, qui modis omnibus amabilem memoriam tuo nomini consecraneam celebriter peragunt, quíque meritis laudibus ac decenti honore tuum prosequuntur agonem, clementer aspicito, excole uirtutum ornamentis, ac benedicito.* Misericordem Deum *exorabilem nobis atq; tuo interuentu placabilem redde ô multò eximie pontifex, ac* Martyrum *splendidissime. Quicquid per hanc nos undique cingentem uiolentiam, molestiam adfert, amolîtor ac submoueto.* Tyrannidem *aduersum nos excîtam compone ac seda.* Abarceto *procul mœrorem*

rorem tristitiámque omnem tenebras menti offundentem: tranquillitatem uerò, altissimã quietẽ ac statum pacis præamabilẽ dispẽsato Ecclesiis: ut cõposita pace et concordi cõcentu unius diuini eiusdemq́; dogmatis præualẽte, qui uerè princeps pastorum est, pacis quoque author Christus ab omnibus glorificetur, quem omnis addecet gloria, honor & imperium unà cum æterno suo & consubstantiali Patre ac sanctissimo, bono & uiuificante suo Spiritu nunc & semper & in infinita secula seculorum. Amen.

FINIS.

Deo plurima gratia.

ANAGNOSTAE INTERPRES ENCOmii, ἐν πράτῃ.



Isum est lector amice nec paucis quidem illis & iis sanequàm doctis iuxtà ac piis in rem tuam fore, si vnum in locum seorsim, nempe ante indicem ipse congererem & congesta reponerem τὰ συκοφαντήματα, quę tres illi planè aliud vix, quàm præfracti & maximè peruicaces Aloïdæ, Laurentius Valla, Desiderius Erasmus, & præferox ille Thrasymachus, motoriæ istius per hęreticos Germanos tragœdiæ incentor & author Martinus Luther, commēti sunt, nec solùm, sed & in literas transmiserunt aduersus sapientissimi ac Deo modis omnibus amabilis Dionysii Areopagitæ sanctissimas lucubrationes, in hoc sanè, vt contrariorum collatione erueretur & enitesceret veritas, ac proinde istorum malesuada & nimisquàm insolens impudentia, veriùs vanissima stultitia inclaresceret Dionysianæ sapientiæ studiosis omnibus. Quid isti fuerant facturi, si quidem ad hanc vsque nostram ætatem incolumes tueri voluisset benignitas Domini reliquas tanti Pontificis commentationes? Nam & scripsisse hunc liquet hymnos vario metri genere, De Angelicis proprietatibus, Hypotyposes Theologicas āte opus περὶ τῶν θείων ὀνομάτων, post hoc proximum opus, Symbola Theologiæ, De anima, De iusto & diuino iudicio, deniq; De his quę partim sensu partim intellectu apprehēduntur. Quòd si vnico, Syngeli nimirum testimonio nolis assentiri & acquiescere, quandò prouerbij uice iactatur eiusmodi sentētiola: Vox vnius, vox nullius: vel ipsis Areopagitæ scriptis fidē habeto, cuius testimonium omni exceptione dignius est. Nos porrò apertis & confessis testimonijs ante annos hosce octo ex Græcis Latinísque desumptis asseruimus ipsi Areopagitæ, & eos qui resederūt atq; ad nos peruenerunt, libros, necnon proximè mihi inductos, sed interuersos partim hæreticorum

malignitate, partim piaculari furto aut certè pudendo per se plagio illius ætatis philosophorum, Numenij, Plotini, maximè Procli, testibus Basilio in illud Ioann. In principio erat, & Georgio Pachymere sub finem præfationis in suam Paraphrasin. Lege igitur istorum calumnias, sed mox virulentæ isti & calumniosæ doctrinæ τὸ ἀλεξιφάρμακον adhibeto, quod efficaci sua vi virus à primis faucibus initiò statim reuellat, nec sinat sidere & labi in imas animæ tuæ fibras. Fortasse inquies: Vnde id mihi salutare ἀλεξιτήριον parabo? Parabile est, nec precij ingentis. Lege accuratius Syngeli ἐγκώμιον. Bene interim valeto.

LAVRENTII Vallæ in illud Actuū. 17. In quibus & Dionysius) σχόλιον, manu utique descriptum Scorpij, quandoquidem pestilens virus in caudam reiecit, Apollinarem dum facit eiusmodi operum authorem vnà cum consimilis farinæ hominibus, illum dico quem Augustinus notat hæreseos, vt qui negarit Christum ex intemerata virgine sumpsisse carnem. Nunc audi bellum σχόλιον.

Laurentij Vallæ σχόλιον.

Cōmentū Vallæ.

ETSI hoc ad institutum huius operis non attinet, tamen non absurdum fuerit pauca dicere de Dionysio. Primū mirari me imperitiam illorum qui hunc volunt fuisse philosophiæ professorem, ex hoc, quòd dicatur Areopagita, quòd videlicet Areopagus fuerit locus vbi philosophi legerent ac disputarent: cum apud omnes ferè autores non tantum Græcos sed etiam Latinos constet Areopagum fuisse locū iudicandi, & Areopagitas ipsos iudices quos Solon instituit, quales Romæ erant Centumuiri. Ergo sic Dionysius erat Athenis Areopagita, sicut Romæ aliquis Centumuir. Deinde hunc tanquam summū philosophum in morte Domini, cum obscuraretur Sol, dixisse: Aut rerum natura patitur, aut mundi machina destruetur. quasi Athenas vsque peruenerit illa obscuritas, cuius nemo neque Græcus neque Latinus meminit, vt etiam Hieronymus probat. Nam

quod

quod dicitur tenebras fuisse per vniuersam terram, sic dictũ est sicut dicitur in libris Regum facta fuisse fames per vniuersam terram, nempe terram illam. Non enim de Media, Persia, India, Italia, Gallia, Germania, Hispania intelligebatur: quemadmodum etiam Ambrosius in illo loco Lucæ, Exijt edictum à Cæsare Augusto vt describeretur vniuersus orbis, vult accipi vniuersum orbem Romanum, non autem vniuersum orbem terrarum, cuius minor pars erat Romanorum. Addunt his aliam ineptiam, vt quasi non fuerit in vicinis ciuitatibus illa eclipsis, quam volunt fuisse Athenis, faciũt Dionysium de ea scribentem literas ad alium. Denique hic Dionysius an aliquid scripserit, incertum est, cuius neque Latini, neque Græci meminerunt. At ne ipse quidem Gregorius indicat fuisse illum Areopagitam, qui hos libros qui in manibus versantur, scripserit, quorum authorem quidam nostræ ætatis eruditissimi colligunt fuisse Apollinarẽ.

ERASMI σχόλιον in eundem locum ex recognitione vel editione eius postrema.

IN quibus & Dionysius) ἐν οἷς. Laurentius hoc loco refellit eorum opinionem, qui putant hunc Areopagitam fuisse autorẽ eorum librorum quos habemus de Hierarchijs ac diuinis nominibus, & eundem esse, qui apud Lutetiam Parisiorum martyrio fuerit laureatus: è tribus, ni fallor, Dionysijs vnum reddentes. Primùm, Areopagitæ iudices erãt, non philosophi. At isti Dionysium summum faciunt philosophũ, qui ex eclipsi Solis deprehenderit periclitari rerum naturã: cum consentaneum non sit eas tenebras Athenas vsque peruenisse. Nam quod ait Euangelista tenebras factas super vniuersam terram, eius regionis terram intellexit, assentiente & diuo Hieronymo, & asseuerante Origene in homilijs quas scripsit in Matthæum, vbi planè negat eas tenebras è Solis accidisse deliquio, sed aut nubibus intercedentibus, aut alioqui aëris densitate coacta. Quòd si hæ tenebræ tãto

ſpatio contigiſſent per vniuerſum orbem, aliquis certè ſeu Latinus,ſeu Græcus ſcriptor eius rei meminiſſet.Iam epiſtolam ſuper hac re velut Dionyſij nomine confectam deridet Laurentius.Mihi non videtur priſcis illis temporibus tantum fuiſſe Chriſtianis ceremoniarum,quantum ille deſcribit.Deinde mirũ,ſi tam priſcus autor fuit,& tam multa ſcripſit,à nemine veterum ſeu Græcorum ſeu Latinorum fuiſſe citatum,non ab Origene,non à Chryſoſtomo, ne ab Hieronymo quidem,qui nihil intentatum reliquit. Quin & Gregorius ipſe vir probæ fidei,citans huius literas, non indicat eum fuiſſe Dionyſium Areopagitam.Porrò quum in Eccleſiaſtica hiſtoria multa fiat mentio de libris Dionyſij Corinthiorum epiſcopi,non eſt probabile taciturum fuiſſe Euſebium de tanto Pauli diſcipulo, ſi tantum voluminum reliquiſſet.Hieronymus in Catalogo ſcriptorum illuſtrium vnũ aut alterum Dionyſium recenſet:huius libros non recenſet. Laurentius indicat fuiſſe ſuæ ætatis doctiſsimos viros,qui iudicarint eos libros eſſe Apollinarij.Tametſi eius nominis duos commemorat Hieronymus, alterum Hierapolitanum Epiſcopum,qui floruit ſub M.Antonio ſecundo:alterũ Laodicenum in Syria epiſcopum:neutri tamen huiuſmodi quicquam tribuit operum.Neq; enim opinor hæc Apollinari hæretico tribuenda.Ante complures annos,vt memini, vir incomparabilis Gulielmus Grocinus,vt theologus ſummus,ita in nulla diſciplina nõ exquiſitè doctus & exercitatus, auſpicaturus Londini in æde diuo Paulo ſacra enarrationem cæleſtis hierarchiæ, meditata præfatione multum aſſeuerauit hoc opus eſſe Dionyſij Areopagitæ, vehementer deſtomachans in eorum impudentiam, qui diſſentirent.At idẽ prius quàm operis dimidium confeciſſet,vbi guſtum attentiùs cepiſſet,ingenuè coram auditorio faſſus eſt,ſibi verſo calculo non videri id opus eſſe Dionyſij Areopagitæ. Demiror autem cur Beda putet hunc Dionyſium factum Epiſcopum Corinthiorum,quum Eccleſiaſtica hiſtoria palàm oſtendat alium fuiſſe Dionyſium epiſcopum Corinthiorum,qui multa con-

ta conscripserit. Atque huius autoritas ibi citatur, qui in epistola quadam quam scripsit ad Athenienses, ostenderit Dionysium Areopagitam à Paulo conuersum, primùm fuisse Athenis episcopum, ab eodem apostolo institutum. Nec aliud quicquam apud priscos scriptores comperitur de Dionysio Areopagita. Verùm hæc ceu πάρεργα paucis indicasse sat erit. O πάρεργα

ERASMVS IN COMPENDIO DE PEregrinatione Petri & Pauli, quod attexuit suæ paraphrasi in librum actuum Apostolicorum Lucæ.

HIC Athenis Paulus Dionysium conuertit, qui an iudex fuerit, an philosophus, non satis liquet, quum Lucas tantùm illum vocet Areopagitam. Opinor autem omnes Areopagitas dictos, qui partem eam vrbis Athenarum inhabitabãt. Mox subnectit, Quin probabilius est Dionysiũ Areopagitam nihil omnino scriptorum reliquisse, quum apud Eusebium tam diligenter recenseantur libri Dionysij Corinthiorũ Episcopi, de Areopagitæ monumẽtis nulla vsquã fiat mentio. *Erasm. vbiq; se exhibet Pyrrhoniũ & Scepticum*

IDEM ERASMVS IN CATALOGVM B.Hieronymi.

Cũ tot fuerint Dionysij Græci, probabile est libros de Hierarchia cælesti & de diuinis nominibus ab horũ aliquo fuisse scriptos.) Ab horũ aliquo, intelligit haud dubiè homo cõtrouersiosus, et spiritu contradictionis obarmatus, de alterutro quorũ meminit B. Hieronymus: nẽpe vel Corinthiensi, vel Alexandriensi. Id colliquescit ex dilemmate quo in sequenti vtitur scholio.

EX EIVSDEM EPISTOLA LIMINARI in secundum Tomum operum D. Hieronymi.

ALIQVOTIES vſu venit, vt idem, aut certè confine plurium vocabulum, erroris anſam præbeat, velut olim complureis fabulas falſo fuiſſe inſcriptas Plauto, narrat Aulus Gellius, cum eſſent à Plautio Plautianæ, non à Plauto Plautinæ. Paulò pòſt ſubnectit: Et Hierarchiarũ libros Dionyſio tribuimus Areopagitæ, & eundem putamus eſſe, quem iuxta Lutetiam Pariſiorum vrbem martyrio coronatum accepimus: è tribus, ni fallor, Dionyſijs vnum facientes.

IAM nobis properandum eſt ad onagrum illum ſylueſtrẽ, ac ſingularẽ ferum, qui quod in ſe fuit, depaſtus eſt vineam Domini Sabbaoth. Lutherum dico.

MART. LVTHERI PLANE INSANI HOMInis dogma noxium maximè, & quauis mephiti longè peſtilentius in diuinas commentationes ſapientiſsimi patris Dionyſij Areopagitæ.

IN Dionyſio qui ſcripſit de cæleſti Hierarchia, nihil ferme eſt ſolidæ eruditionis: & omnia ſunt illius meditata in illo libro, ac ſomnijs propè ſimillima. In Theologia autẽ myſtica pernicioſus eſt, platonizans magis quàm chriſtianizans. In Eccleſiaſtica verò hierarchia ludit allegorijs: quod eſt ocioſorum hominum ſtudium.)

O impiã, blaſphemam, & plus quàm ſacrilegã vocem in cæleſtem theſaurum multò ſapientiſsimæ ac diuinæ doctrinæ.

ELEN-

INDEX.

ELENCHVS SENTENTIARUM memorabilium & insigniter dictarum Michaeli Syngelo Encomij istius authori, per interpretem sedulò collectus, seriéque literaria non inscitè digestus.

A.

INDEX.

FINIS.

ERRATA SIC REPONE.

Fol. 1. pa. 2. in margine lege θεοφάντορα. Fol. 11. pag. 1. li. 4. pro timoris tui lege salutis σωτηρίας. F. 13. p. 1. li. 13. pro monitionis, lege motionis. Fol. 24. pa. 2. linea 4. & solitariè, καὶ μόνως, lege, & unicè. In Trinitate enim quae esse poßit solitudo? Ibidẽ li. 7. de spiritusancto à solo Patre & per filium procedente, lege epistolã ad spectabilẽ uirũ D. Brulartum. Fol. 25. p. 2. ad marginẽ pro πηρυγμάτων lege κηρυγμάτων. Fol. 26. pag. 2. li. 5. nulla sui parce, dic parte. Fol. 32. p. 2. laborarent. Fol. 34. sub finẽ primae pag. pro supplicium lege suppliciũ. Fol. 39. pag. 1. suae genti, non gentis. Fol. 42. pa. 1. fidemq́ue, dispunge coniunctionem q́ue.

Si quid superest, id cognobile est uel semidocto, & emendabile.



NE ME PRÆTERI.

65

D·GREG·NYSS·